gyptum tradidit. quodq; plautio et Sex. papinio cons. allatus esset in urbem. Claudii
principis censura anno urbis. dccc. et in comitio propositus. quod actis testatum est. sed
quem falsum esse nemo dubitaret.

De aquilis. et earum genera sex.

Ex his quas nouimus: aquile maximus honos maxima et uis. Sex earum genera melenaethos a grecis dicta eadem in ualeria minima magnitudine uiribus precipua colore nigricans. sola aquilarum fetus suos alit. cetere ut
dicemus fugant. Sola sine clangore sine murmuratione. conuersatur autem in montibus.
Secundi generis pigargus in oppidis et in campis albicante cauda. Tertii morphnos que

Homerus.

homerus et percnum uocat. huic uita circa lacus. Aliqui et clangam anataria secunda
magnitudine et ui. huic et uita circa lacus. Phemonoe apollinis dicta filia dentes

boetius. Boccus

esse ei prodidit. mute alias carentiq; lingua. eandem aquilarum nigerrimam promi
nentiore cauda consensit et boetius. [boccus] ingenium est ei testudines raptas frangere e sub

Hestilii poete mors.

limi iaciendo: que sors interemit poetam hestilium. predicant fatis ut ferunt diei
ruinam secura celi fide cauentem. Item quarti generis est percnopterus. eadem oripelargus
uulturina specie. alis minimus reliquas magnitudine antecellens. sed imbellis et de
gener: ut pote quem uerberet coruus. eadem ieiune semper auiditatis et querule murmura
tionis. Sola aquilarum exanima fert corpora: cetere quom occiderit considunt. Haec
facit ut quintum genus gnesion uocetur uelut uerum solumq; incorrupte originis. media ma
gnitudine. colore subrutilo. Rarum conspectu super est alietus clarissima oculorum acie
librans ex alto sese: uisoq; in mari pisce preceps in eum ruens: et discussis pectore aquis
rapiens. illam quam tertiam fecimus circa stagna: aquaticas aues appetit mergentes se
subinde donec sopitas lassatasq; rapiat. Spectanda dimicatio aue ad perfugia lito
rum tendente: maxime si condensa arundo sit: aquila inde ictu abigente ala et
quom appetat in lacus cadente: umbramq; suam nanti sub aqua a litore ostendente.
rursus aue in diuersa: et ubi minime se credat expectari emergente. Hec causa gre
gatim auibus natandi: quia plures simul non infestantur. respersu pennarum occecantes.

Alietus.

Sepe et aquile ipse non tolerantes pondus aprehensum una merguntur. Alietus tantum
inplumes etiam nunc pullos suos percutiens subinde cogit aduersos intueri solis radios.
Et si coniuentem flectentemq; animaduertit: precipitat e nido uelut adulterinum et dege
nerem. illum: cuius acies firma contra steterit: educat. Alieti suum genus non habent. sed ex
diuerso aquilarum coitu nascuntur. Id quidem quod ex his natum est. ossifragi genus habet. e quibus

uultures progenerant minores: et ex his magni qui omnino non generant. Quidam adiciunt genus aquile quam barbatam uocant. tusci uero ossifragam. Tribus primis et quinto aquilarum generi inedificatur nido lapis aetites quem aliqui dixere gagitem ad multa remedia utilis nihil igne deperdens. Est autem lapis iste pregnans intus. alioqui quom quatias uelut in utero sonante. sed uis illa medica non nisi nido direptis. Nidificant in petris et arboribus: pariunt oua terna. excludunt pullos binos. uisi sunt et tres aliquando. alterum expellunt tedio nutriendi quippe eo tempore ipsis cibum negauit natura: prospiciens ne omnium ferarum fetus raperentur. Ungues quoque earum inuertuntur. Diebus his albescunt media penne ut merito partus suos oderint. Sed eiectos ab his cognatum genus ossifragi excipiunt et educant cum suis. Verum adultos quoque persequitur parens et longe fugat emulos scilicet rapine. Alioqui unum par aquilarum magno ad populandum tractu ut satietur indiget. Determinant ergo spatia nec in proximo predantur. rapta non protinus ferunt: sed primo deponunt expertaeque pondus tunc demum abeunt. Oppetunt non senio nec egritudine: sed fame: in tantum superiore accrescente rostro: ut aduncitas aperiri nequeat. A meridiano autem tempore operantur et uolant prioribus horis diei donec implentur hominum conuentu fora ignaue sedent. Aquilarum penne mixtas reliquarum alitum pennas deuorant. negatumque solam hanc alitem fulmine exanimatam: ideo armigeram iouis consuetudo iudicauit. Romanis eam legionibus C. marius in secundo consulatu suo proprie dicauit. Erat et antea prima cum quattuor aliis lupis minotauris. equis. aprisque singulos ordines anteibant. Paucis ante annis sola in aciem portari cepta erat. reliqua in castris relinquebantur. Marius in totum eam abdicauit. Ex eo notatum non fere apud legiones unquam hiberna esse castra ubi aquilarum non sit iugum. Primo et secundo generi non minorum tantum quadrupedum rapina: sed etiam cum ceruis prelia. Multum puluerem uolutatu collectum insidens cornibus excutit in oculos pennis ora uerberans donec precipitet in rupes. Nec unus hostis illi satis est. Acrior est cum dracone pugna: multoque magis anceps etiam si in aere. Oua hic consectatur aquile auiditate malefica. At illa ob hoc rapit ubicunque uisum. ille multiplici nexu alas ligat ut simul decidat. Semper celebris apud sexto urbe aquile gloria esse ductam a uirgine: retulisse gratiam aues prima. mox deinde uenatus aggerentem: defuncta postremo in rogum accensum eius iniecisse sese: et simul conflagrasse. Quam ob causam incole quod uocant heroum in eo loco fecere appellatum iouis et uirginis. quoniam illi deo ales ascribitur. Vulturum preualent nigri. nidos nemo attingit. ideo et fuere qui putarent illos ex aduersa urbe aduolare falso. Nidificant in excelsissimis rupibus. fetus quidem sepe cernuntur fere bini. Umbritius aruspicum in nostro euo peritissimus parere tradit oua tredecim: uno ex his reliqua oua niduque lustrare. mox abicere. Tria autem ante biduum uolare eo ubi cadauera futura sunt. Sanqualem auem atque immusulum augures romani magne questionis tenent. immusulum aliqui uulturis pullum arbitrantur esse et sanqualem ossifragum. Massurius sanqualem: ossifragum dicit esse. immusulum autem pullum aquile priusquam albicet cauda. Quidam post mutium augurem uisos non esse rome confirmauere. Ego quod uerisi-

Lapis.

miror si uerum.

Quando legionum signa esse ceperunt.

Mirum de Aquila.

De Vulturibus.

De Sanquali.

De Accipitribus.

miluus in desideria rerum omnium non arbitror agnitos. Accipitrum genera .XVI.
I nuenimus ex his egythum claudum altero pede prosperrimi augurii nuptialibus nego
tiis et pecuarie rei. Triorche a numero testium: cui principatum in auguriis phemonoe dedit.

Butheo.

B utheonem hunc appellant romani familia etiam cognominata cum prospero auspicio
in ducis naui sedisset. Epileum greci uocant qui solus omni tempore apparet. ceteri hieme
abeunt. Distinctio generum ex auiditate. alii non nisi ex terra rapiunt auem. alii non
nisi circa arborem uolitantem. alii sedentem in sublimi. aliqui uolantem in aperto.
I taque et columbe nouere ex his pericula. uisoque considunt uel subuolant contra naturam
eius auxiliantes sibi. In insula africe cerno in oceano accipitres totius massilie
humi fetificant. nec alibi nascuntur illis assuetis gentibus. In tracie parte super amphi
polim homines et accipitres societate quadam aucupantur. Hi ex siluis et arundinetis
excitant aues. illi superuolantes deprimunt. rursus captas aucupes diuidunt. Cum his
traditum est missas in sublime ibi excipere eos et quom tempus sit capture clangore ac
uolatus genere inuitare ad occisionem. Simile quid lupi apud meotim paludem fa

prope uerum.

ciunt. Nam nisi partem a piscantibus suam accepere expansa eorum retia lacerant. Ac
cipitres auium non edunt corda. Nocturnus accipiter cymbindus uocatur. rarus etiam
in siluis interdiu minus cernens. bellum internecinum cymbindus gerit cum aquila cohaeren

chuco
De Cottice quod a suo genere interimitur.

tesque sepe prenduntur. Coccix ex accipitre uidetur fieri. tempore anni figuram mu
tans. quoniam tunc non apparent reliqui nisi per quam paucis diebus. ipse quoque modico tempore estatis
uisus non cernitur postea. Est autem neque aduncis unguibus solus accipitrum. nec capite
similis illis. nec alio quam colore. ac uisu columbi potius. quin et absumitur ab accipitre si quando
una appuere. Sola omnium auis a suo genere interempta. Mutat autem et uocem. procedit
uere. occultatur caniculae ortu. Semper que parit in alienis nidis. maxime palumbium:
maxima ex parte singula oua quod nulla alia auis. raro bina. causa subiciendi pullos
putatur quod sciat se inuisam cunctis auibus. nam minutae quoque infestant. Ita non fore tu
tam generi suo stirpem opinatur ni fefellerit. quare nullum facit nidum. aliogni trepidum
animal educat. ergo subditum adulterato feta nitu. Ille auidus ex natura praeripit cibos
reliquis pullis. itaque pinguescit et nitidus in se nutricem conuertit. Illa gaudet eius
specie miraturque sese ipsam quod talem pepererit. suos comparatione eius damnat ut alienos.
absumique etiam se inspectante patitur donec corripit. ipsam quoque iam uolandi potens.

De miluis.

N ulla tam auium suauitate carnis comparatur illi. Milui ex eodem accipitrum genere
magnitudine differunt. Notatum in his rapacissimam ac famelicam semper alitem ni
hil esculenti rapere umquam e funerum ferculis. nec olympie ex ara. ac ne ferentium quidem
manibus nisi lugubri municipiorum imolantium ostento. Idem uidentur artem guberna

Seneca: acauda piscium dicit epla xci. post me.

di docuisse caudae flexibus in celo monstrante natura quod opus est in profundo. Mil
ui et ipsi hibernis mensibus latent. non tamen ante hirundines abeuntes. Traduntur autem et

Digestio auium per genera.

solsticiis affici podagra. Volucrum prima distinctio pedibus maxime constat.
aut .n. aduncos ungues habent. aut digitos. aut palmipedum. In genere uti anseres et a
quatice fere aues. aduncos ungues habentia carne tantum uescuntur ex parte magna.

De inauspicatis auibus cornice. coruis et bubone.

C ornices et alio pabulo. atque duritiem nucis rostro repugnante uolantes in altum

in saxa tegulasue iaciunt iterum ac sepius donec quassatam perfringere queant. Ipse ales est inauspicate garrulitatis. A quibusdam tamen laudata ab arcturi sydere ad hirundinum aduentum. Notatur eam in minerue lucis templisque raro alicubi omnino non aspici sicut athenis. Preterea sola hec etiam uolantes pullos aliquandiu pascat. inauspicatissima fetus tempore. hoc est post solstitium. Cetere omnes ex eodem genere pellunt nidis pullos ac uolare cogunt. sicut et corui qui et ipsi non carne tantum alunt. sed robustosque fetus suos fugant longius. Itaque paruis in uicis non plus bina coniugia sunt. Circa cacrononem quidem thessalie singula perpetuo genitores soboli loco cedunt. Diuersa in hac et supradicta alite quedam.

Coruus.

Corui autem solstitio generant. et egrescunt sexagenis diebus siti maxime antequam fici coquantur autumno. Cornix ab eo tempore corripitur morbo. Corui pariunt cumplurimum quinos. Ore eos parere aut coire uulgus arbitratur. ideoque grauidas si ederint coruinum ouum per os partum reddere. Atque in totum difficulter parere si tecto inferantur. Aristoteles negat non hercule magis quam ibim in egypto sed illam exosculationem que sepe cernitur qualem in columbis esse. Corui in auspiciis soli uidentur intellectum habere significationum suarum. Nam quom medi hospites occisi sunt omnes e peloponesso et atica regione uolauerunt. Pessima eorum significatio quom glutiunt uocem uelut strangulati. Uncos unguibus et nocturne aues sunt: ut noctue bubo. ulule. Omnium horum hebetes interdiu oculi.

Bubo.

Bubo funebris et maxime abominatus publicis precipue auspiciis. deserta incolit nec tantum desolata: sed dira et et in accessu. noctis monstrum. nec cantu aliquo uocali: sed gemitu. Itaque in urbibus aut omnino in luce uisus dirum ostentum est. Priuatorum domibus insidentem plurimum scio non fuisse feralem. Volat numquam quolibet: sed transuersus aufertur. Capitolii cellam ipsam intrauit Sexto papellio L. pedanio cons. propter quod nonis martiis urbs lustrata est eo anno.

De Incendiaria.

Inauspicata est et incendiaria auis propter quam sepenumero lustratam urbem in annalibus inuenimus. sicut L. cassio. C. mario cons. quo anno et bubone uiso lustrata est. Que sit auis ea nec reperitur nec traditur. Quidam ita interpretantur incendiariam esse quecumque apparuerit carbonem ferentis ex aris uel altaribus. Alii spinturnicem eam uocant. sed hec ipsa que esset inter aues qui scire diceret non inueni.

De cliuia.

Cliuiam quoque auem ab antiquis nominatam acaduerto ignorari. quidam clamatoriam dicunt labeo prohibitoriam et apud nigidium supra appellatum auis que aquilarum oua frangat.

De auibus incognitis.

Sunt preterea complura genera depicta in etrusca disciplina saeculis non uisa que nunc defecisse mirum est quom abundent etiam que gula humana populatur.

De auibus nocturnis.

Externorum de auguriis peritissime scripsisse hylas nomine putant. Is tradit noctuam bubonem. picum arbores cauantem trogonem. cornicem de cauda de ouo exire quam ponderem capitum peruersa oua posteriore partem corporum fouenda matri applicent.

De Noctuis.

Noctuarum contra aues solers dimicatio maiore circundante multitudine resupine pedibus repugnat. collecteque in artum rostro et unguibus tote teguntur. Auxiliatur accipiter collegio quodam nature bellumque partitur. Noctuas sexagenis diebus hiemis cubare et nouem uoces habere tradit nigidius.

De Picomartio.

Sunt et parue aues uncorum unguium ut picomartio cognomine insignis et in auspicatis magni. Quom in genere arborum cauatores scandentes in subreptum felium mo

Illi uero et supini percussi corticis sono pabulũ subesse intelligunt. Pullos in cauis
educant auium soli. Adactus cauernis eorum a pastore cuneus admota quedam
herba ab his elabi creditur uulgo. Trebius auctor est. clauum uel cuneũ adactũ
quantum libeat in arbores in qua nidũ habeat statim exilire cũ strepitu arboris quom in
sederit clauo aut cuneo elabi credatur a uulgo. Ipsi principales latio sunt in auguriis
a rege qui nomen huic aui dedit. Unũ eorum prescitum transire nequeo. In capite

L. tubero.

pretoris urbani. L. tuberonis in foro iura pro tribunali reddentis. sedit ita placide
ut manu prehenderetur. Respondere uates exitiũ imperio portendi si dimitteretur.
at si examinaretur pretori. et ille auẽ protinus concerpsit: nec multo post impleuit pro

De uncos ungues habentib; et digitos.

digiũ. Uncos ungues habentes omnino non congregantur et sibi queq; predantur. Sunt aut
omnes fere altiuole preter nocturnas et magis maiores. Omnibus ale grandes cor
pus exiguũ. ambulant difficulter in petris raro consistunt curuatura unguium

De picomartio loquitur.

prohibente. Uescuntur et glande dein hoc genere pomisq; multe. sed q carne tantum
no uiuunt excepto miluo quod ipsum in auguriis dirum est. Nunc de secundo ordi
ne dicamus quod in duas diuidit species oscines et alites. illarum generi cantus oris. his ma

De Pauonibus: et qui eum primus comedederit.

gnitudo differentiam dedit. itaq; precedent ordine omnesq; reliquas. In his pauonum
genus conformatũ intellectum eius et gloriam geminantes laudatus expandit co
lores aduerso maxime sole quia sic fulgentius radiant simul umbre quodã repercussu
ceterisque qui et in opaco clarius micant. Conchata querit cauda: omnesq; in aceruũ
contrahit pennarum quos spectari gaudet oculos. Idem cauda annuis uicibus amis
sa cum foliis arborum donec renascatur alia cũ flore pudibundus ac merens querit
latebram. Uiuit annis. XXV. Colores incipit fundere in trimatu. Ab auctoribus
non gloriosum tantum animal traditur. sed et maliuolũ sicuum anserũ uerecundũ
quoniam has quoq; quidam addiderunt notas in his aut probatas non mihi. Pauone cibi

Hortensius.

gratia rome primus occidit orator hortensius adiciali cena sacerdotii. Saginare
primus instituit circa nouissimũ atticũ bellũ. M. aufidius Luco. exq; eo questu reddi

De gallis et quo castrantur. et gallinaceo loquuto.

tus his sestertia sexagena milia habuit. Proxime gloriam sentiunt et hi nostri ui
giles nocturni quos excitandis in opera mortalibus rũpendoq; somno natura genuit.
Norunt sydera et ternas distinguunt horas interdiu cantu. Cum sole eunt cubitũ. quar
taq; castrensi uigilia ad curas laboremq; reuocant. nec solis ortum incautis patiuntur
obrepe. diemq; uenientẽ nuntiant cantu. ipsum uero cantũ plausu laterum. Imperi
tant suo generi et regno in quacũq; sunt domo exercent dimicatione. Patitur hoc
inter ipsos uelut ideo tela agnata cruribus suis intelligentiũ. finis nec sepe commo
rientibus. quod si palma contingit statim in uictoria canunt seq; ipsi principes testantur.
Uictus occultatur. silens egreq; seruitiũ patitur. et plebs tam eque superba graditur ar
dua ceruice: cristas celsa. celumq; solũ uolucrum aspicit crebro. In sublime quoq; caudã
falcatam erigens. Itaq; terrori sunt etiã leonibus domus ferarum. Iam ex his quidam ad
bella tantum et prelia assidua nascuntur. quibus etiã patrias nobilitarũt rhodũ aut tana
grã. Secundus est honos habitus melicis et chalcidicis ut plane digni aliti tantum honores
perhibeat romana purpura. horum sunt tripudia solistima. hi magistratus nostros quotidie

regunt. domusq; ipsi suas claudut ac reserant. Hi fasces romanos impellut aut re
tinent. iubent acies ac prohibent. uictoriarum toto orbe partarum auspices. Hi maxime
terrarum imperio imperitant. Ex his etiam fibris que haud aliter optime uictime dis gra
te sunt ostenta ex se et p posteri eorum uespertiniq; cantus. Nanq; totis noctibus canedo
boetiis nobilem illam aduersus lacedemonios presagiuere uictoriam ita coiecta int
ptatione quoniam uicta ales illa nō caneret. Desinunt canere castrati quod duobus fit modis
lumbis adustis candente ferro aut imis cruribus. mox ulcere oblito figlina creta. fa
cilius ita pinguescunt. Pergami omnibus annis spectaculum gallorum publice editur ceu
gladiatorum. Inuenitur in annalibus in agro ariminensi M. lepido P. catullo cons.
in uilla galleri locutum gallinaceum semel quod equidem sciam. Est et anseri uigil cu
ra capitolio testata p id tempus defenso canum silentio pditis rebus. qua ob causam
cibaria anserum censores in primis locant. quin et fama amoris argis delecta forma pu
eri noīe oleni et claucis tolomeo regi cithara canentis quē ex eodem tpre et aries
amasse proditur. Potest et sapientie uideri intellectus his esse. Ita comes ppetuo adhe
sisse lacidi philosopho dicitur: nusq; ab eo nō in publico nō in balneis nō noctu interdiu
digressum. Nostri sapientiores qui eos iecoris bonitate nouere fertilibus; i magnam p
amplitudinem crescit. exemptum quoq; lacte mulso augetur. Nec sine causa in qstioe
est quis primus tantum bonum inuenerit. Scipio an metellus uir consularis. an M. Seieius ea
dem etate eques ro. Sed quod constat messalinus cotta messale oratoris filius pal
mas pedum ex his torrere atq; patinis cum gallinaceorum cristis condire repit. Tribu
etur. n. a me culinis cuiusq; palma cum fide. Mirum in hac alite amor in eius; romam
pedibus uenire. fessi pferunt ad primos ita ceteri stipatione ppellunt eos. Candi
dorum alterum uectigal in pluma. uelunt quibusdam locis bis anno. et rursus plumi ge
n uestiunt. mollior q; corpori pxima. Et e germania laudatissima candidi
ibi herum minores gance uocantur. precium plume horum in libras denariorum quini et
inde crimina plerumq; auxiliarum pfectus ac uigili statione. ad hec aucupia dimis
sis cohortibus totis. eoq; delicie processere ut sine hoc instro durare iam uirorum q
dem ceruices possint. Aliud repit syrie pars que comagene uocatur. adipem eorum in
uase ereo cum cinamo niue multa obrutum ac rigore gelido maceratum ad usum
preclari medicaminis quod ab ea gete dicitur comagenon. Anseris genā sunt chenalo
pes et quibus lautiores epulas nō nouit brytania. cheremites fere anseres mino
res. decet et retratonis suus nitor. absolutaq; nigritiam in superciliis cotti ru
bor. Alterum eorum genus uultum magnitudine excedit quorum et colore reddut.
Nec ulla auis excepto strucio camelo maior corpore implens pondus in tantum aucta
ut in terra quoq; imobilis prehendatur. Gignunt eos alpes et septentrionalis regio.
In auiariis saporem pdunt. moriuntur contumatia spu reuocato. Proxime eis sunt
quas hispania aues tardas appellat. greci aotidas damnatas in abis. emissa enim
ossibus medulla odoris tedium extemplo sequitur. Inducias habet gens pigmeorum
abscessu gruum ut diximus cum his dimicantium. Immensus est tractus quo ueniunt si cogite
pute a mari eo. Quando pficiscantur consentiut: uolant ad pspiciendum alte. duce

§

Prodigium.

De Anseribus et quis primum iecur anserinum comederit. et de adipe anserum comageno.

Lacydes.

Ganse.

Strucio camelo.

De gruibus.

pigmei

quem sequantur eligunt. in extremo agmine per vices qui acclament dispositos habent et qui gre
gem voce contineant. Excubias habent nocturnis temporibus: lapillum pede susti
nentes qui lassato somno decidens: indiligentiam coarguat. Ceterae dormiunt capite sub
ter alam condito alternis pedibus insistentes. Dux erecto providet collo ac praedicit. Hae
eaedem mansuefactae lasciviunt gyrosque quosdam indecoro cursu velut singulae per
agunt. Certum est pontum transvolaturas primum omnium angustias petere inter duo promunto
ria crium et opon carambim. mox saburra stabiliri. quom medium transierint abici
lapillos e pedibus. quom attigerint continentem et e gutture harenam. Cornelius

Nep. cornelius.

nepos qui divi augusti principatu obiit. quom scriberet turdos paulo ante coeptos sagi
nari: addidit cyconias magis placere quam grues. Quom haec nunc ales inter primas expe

De cyconia.

ctatur illam nemo velit tetigisse. Cyconiae quonam e loco veniant aut quo se refe
rant incompertum adhuc est. e longinquo venire non dubium eodem quo grues modo. illas
hiemis. has aestatis advenas. Abiturae congregantur in loco certo: comitataeque sic ut nul
la sui generis relinquatur nisi captiva et serva ceu lege praedicta die recedunt. Nemo vidit
agmen discedentium quom discessurum appareat. nec venire sed venisse cernimus. utrum
que nocturnis fit temporibus. et quamvis ultra citraque pervolent: numquam tamen advenisse usquam ni
si noctu existimatur. Phitones eam communem vocant. in asia patentibus campis ubi congrega
tae inter se commurmurant: eamdemque quae novissima advenit lacerant. atque ita abeunt.
notatum post idus augustas non temere visas sibi. Sunt qui cyconiis non inesse linguam con
firment. Honos his serpentium exitio tantus: ut in thessalia capitale fuerit occidisse

De oloribus.

eadem legibus poena quam in homicidia. Simili anseres quoque et olores ratione commeant. sed
horum volatus cernitur liburnicarum more: rostrato impetu feruntur facilius ita findentes aera quam si recta fronte impellerent. A tergo sensim dilatante se cuneo porrigitur
agmen. largeque impellenti praebetur aurae. colla imponunt praecedentibus. fessos du
ces ad terga recipiunt. Ciconiae nidos eosdem repetunt. genitricum senectam invicem e
ducant. Olorum morte narratur flebilis cantus falso ut arbitror aliquot experimen
tis. Idem mutua carne vescuntur inter se. Verum hoc commeantium per maria ter

De Corturnicibus.

rasque peregrinatio non patitur differri. mores quoque est nam situs. utcumque et superdictas
magnitudo et vires corporum invitare videri possunt. Coturnices ante et semper
adveniunt quam grues. parva avis et quom ad nos venit terrestris potius quam sublimis.
A dvolant et hae sic ut non sine periculo navigantium. quom appropinquavere terris quippe au
velis saepe incidunt et hoc semper noctu: merguntque navigia. Iter est his per hospitia
certa. austro non volant humido scilicet. et graviore vento. aura tamen vehi volunt propter pondus
corporum viresque parvas. Hinc volantium illa conquestio labore expressa. Aquilone ergo
maxime volant hortigometra duce. primam earum terrae appropinquantem accipiter rapit.
S emper hic remeantes comitatum solicitant. abeuntque una persuasu glottides et cychra
mus. Coturnicibus veneni semen gratissimum cibus. quam ob causam eas damnavere mensae.
simulque comitialem propter morbum despui suetum. quem solae animalium sentiunt praeter ho

De glute.

minem. Glottis praelongam exerit linguam unde ei nomen. hanc in initio blandita
peregrinatione avide provectam poenitentiam in volatu cum labore scilicet subit. reverti

incomitata piget et sequi. nec umquam plus uno die pergit in proximo hospicio deserit.
Verum inuenitur alia antecedente anno relicta sibi modo in singulos dies. Cetra minus
perseuerantior festinat etiam peruenire ad expectatas sibi trans . . itaque noc

De peregrinis auibus.

tibus eas excitans admonet que itineris. Otus: bubo minor est: noctuis maior: au
ribus plumeis eminentibus. Unde et nomen illi quidam latine axionem uocant. Imita
trix alias auis et parasitta et quodam genere saltatrix. Capitur haud difficulter ut no
ctue intenta in aliquo circumeunte alio. Quod si uentus agmen aduerso flatu cepit in
hibere pondusculis lapidum apprehensis: aut guttare harena repleto stabilitate uolat.

De hirundinibus.

Abeunt et hyrundines hibernis mensibus. sola carne uescens auis ex his que aduncos
ungues non habent. sed in uicina abeunt apricos secute montium recessus inuen

Thebe.

teque iam sunt ibi nude atque deplumes. Thebarum tecta subire negant. quoniam urbs illa
saepius capta sit. nec bizecis introeunt propter scelera therei. Cecina uolaterranus equestris

Tab. pictor.

ordinis quadrigarum dominus comprehensas in urbe secum auferens: uictorie nuntias actis
mittebat. in eundem nidum remeantes illico uictorie colore. Tradit et fabius pic.
in annalibus suis quom obsideretur presidium romanum a Lygurinis hyrundinem a pul
lis ad se epistolam allatam. ut lino ad pedem eius alligato nodis significare quotto die
adueniente auxilio eruptio fieri deberet. Volucrum soli hyrundini flexuosi uola
tus uelox celeritas. quibus ex causis neque rapine ceterarum alitum obnoxia est. et

De merulis turdis et sturnis.

domum sola auium non nisi in uolatu pascitur. Abeunt et merule turdique et sturni si
mili modo in uicina. sed hi plumam non amittunt. nec occultantur uisi sepe ibi quo hibernum

De turture et palubis.

pabulum petunt. itaque in germania hieme maxime turdi cernuntur. Vere turtur oc
cultatur pennasque amittit. Abeunt et palubes quonam et in his incertum. Sturno
rum generi proprium cateruatim uolare. et quodam pile orbe circumagi omnibus in me

Que auium per hiemes.

dium agmen tendentibus. Temporum magna differentia auibus. per hiemes ut co

Que semestres.

lumbe. semestres ut hyrundines. trimestres ut turdi et turtures. et que quom

Quae trimestres.

foetum eduxere. abeunt garguli upupe. Auctores sunt omnibus annis aduola

De Auibus mira.

re ilium ex ethiopia aues et confugere ad agamemnonis sepulcrum uel regiam. quas
obid menonidas uocant. Hoc idem quinto quoque anno facere eas in ethiopia circa

Meleagrides.

regiam menonis explorasse sibi Cremutius tradit. Simili modo pugnant meleagrides
in boetia africe. hoc est gallinarum genus gibberum uariis sparsum plumis que nouis
sime sunt peregrinarum auium in mensas recepte propter ingratum uirus. Verum meleagri

De auibus seleucidibus.

tumulus nobiles eas facit. Seleucydes aues uocantur quarum aduentum ab ioue im
petrant precibus. Catini montis incole fruges eorum locustis uastantibus. nec in
ueniant quoue abeant compertum numquam conspectum nisi quom presidio earum indiget.

De Ibi.

Inuocant et egyptii ibis suas contra serpentium aduentum. et eius in sacorem dominum
muscarum multitudine pestilentiam afferente que protinus intereunt qualitatum e

Que aues in quibus locis non sint et que mutet colorem et uocem.

illi deo. Sed in secessu auium et noctue paucis diebus latere traduntur. quarum ge
nus in creta insula non est. et etiam si qua inuecta sit emoritur. Nam hec quoque mira na
ture differentia alia aliis locis negat: tamquam genera frugum fructicumue. sic et animalium
non nasci. translati tum inuecta mori. Mirum quidem illud est unius generis saluti ad-

Aquila.
Ciconie.
Graculi.
Monedule.
Picus martius.
Pica.
Perdices.
Palumbi
musce. Canes.
Columbe.
pauones.
Cerui. Rane.
Oscines.
Grues.
Merula.
Turdi.
Lucinii miratu digni.

L A V D E S

uersus que uelis nãe inuidia: aut qui terrar dicati auibus termini. Rhodos aqlã
non habet. Transpadana italia iuxta alpes larium lacũ appellat amoenũ arbusto a
gro: ad quẽ ciconie nõ transmeant. sicuti nec octauũ citra lapidẽ ab eo inmenso alio
qn finitimo. Insubrum tractum examina graculor monedular: cui soli auis fera
citas argentiq; auriq; pcipua mire ẽ. Picus martius in tarentino agro negat̃ esse
nup & adhuc tñ rara: ab apenino ad urbem uersus cerni cepe. Picar genera q̃ lõga
insignes cauda uarie appellant̃. propriũ his caluescẽ omnibus annis quom seritur ra
pa. Perdices nõ transuolant boetie fines in atica. Nec ulla auis in ponto in insula qua
sepultus ẽ achilles infestat sacratã ei edem. In fidenate agro iuxta urbẽ ciconie
nec pullos nec nidum faciũt. At in agro uolaterano palumbum uise mari q̃tanis ad
uolat. Rome in edem herculis in foro boario nec musce nec canes intrant. Mlta
pterea similia que prudens omitto subinde in singulis generibus: fastidio parcens:
Quippe quom theophrastus tradat inuectitias esse in asia etiã columbas & pauo
nes. & ceruos in cyrenaica uocales ranas. Alia admiratio. Oscines fere mutant
colorem uocemq; tempore ãni. ac repente fiunt alie. qd in grandiore gñe alitum
grues tantũ: he n. senectute nigrescũt. Merula ex nigra rubescit. canit estate.
hieme balbucit. circa solstitiũ mutat. rostr quoq; ãnicalis in ebur figurat̃: dũ
taxat maribus. Turdis color estate circa ceruicem uarius hieme concolor. Lu
ciniis diebus ac noctibus continuis. xv. garrulissime intermissu cantus densate se
frondiũ germine nõ in nouissimũ. digna miratu aue. pmũ tanta uox tam paruo
in corpusculo tam ptinax spiritus. deĩn in una pfecte musica sciã modulatus
editur sonus. & nũc continuo spũ trahit̃ in longũ. nũc uariat̃ inflexo. nũc disti
guitur conciso copulat̃ intorto. promittur: reuocat̃. infuscat̃ ex inopinatu. Inter
dũ & secum ipa murmurat. plenus. grauis. acutus. creber. extentus. ubi uisũ est
uibrans. summus. medius. imus. breuiterq; omĩa tã puulis in faucibus. q̃ tot exq
sitis tybiar tormentis ars hoĩm excogitauit. Vt non sit dubiũ hanc suauitatem
pmonstratam efficaci auspicio quom ĩ ore stersicori cecinit infantis. At ne quis
dubitet artẽ esse plures. singuli sunt cantus & nec idẽ omnibus. sed sui cuiq;. Cer
tant inter se. palamq; animosa contentio ẽ. Victa morte finit sepe uitã spũ
prius deficiente q̃ cantu. Meditantur alie iuueniores. uersusq; quos imitentũ
accipiũt. Audit discipula intentione magna. & reddit uicibus que reticens in
telligit. emandente correctio & in docente qdam reprhensio. Ergo seruor illis
precia sunt & quidẽ ampliora q̃ quibus olim armigeri pabant̃. Scio incondita
aliqñ qd est propẽ inusitatum uenisse que agrippine claudii pncipis cõiugi
dono daretur. Visum iam sepe iussas canere cepisse: & cũ symphonia altnasse.
Sicut hoĩes reptos qui sonũ ear addita in transuersas arũdine aque foraminis inspi
rantes linguẽ ne parua aliqua opposita mora: indiscreta redderet similitudie.
Sed hec tante taq; artificis argutie a. xv. diebus paulatĩ desinũt: nec ut fatiga
tas possis dicere aut satiatas. Mox estu aucto in totũ alia uox fit: nec modulata
aut uaria. Mutat̃ & color postremo hieme ipa nõ cernit̃. & linguis ear tenuitas

illa prima non est que ceteris auibus. pariunt uere prima comptium sena oua. Alia ratio ficedulis. nam formam simul coloremque mutant. hoc nomen autumno non habent. postea melancoryphi uocantur. Sic et erithacus hieme idem phoenicurus estate. Mutat et upupa ut tradit eschilus poeta. obscena alias pastu auis crista uisenda plicatili contrahens eam subrigensque per longitudinem capitis. Oenanthe quidem etiam statos latebre dies habet ex oriente syrio occultata. ab occasu eiusdem prodit quod miremur ipsis diebus utrimque. chlorion quoque qui totus est luteus hieme non uisus circa solstitia procedit. Merule circa cillenem arcadie nec usquam alibi candide nascuntur. ibis circa pelusium tantum nigra est. ceteris omnibus locis candida.

Oscines preter exceptas non temere fetus faciunt ante equinoctium uernum aut post autumnale. ante solstitium autem dubios post solstitium uitales. Eo maxime sunt insignes alciones. dies earum partus qui maria nauigant nouere. Ipsa auis paulo amplior passere. colore cyaneo ex parte maiore tantum purpureis et candidis admixta pennis collo gracili ac procero. Alterum genus earum magnitudine distinguitur et cantu. minores in arundinetis canunt. Altionem uidere rarissimum est. nec nisi uergiliarum occasu et circa solstitia brumamue. Naue aliquando circumuolante statim in latebris abeuntem. Foetificant bruma qui dies altionides uocantur. placido mari per eos et nauigabili siculo maxime. In reliquis partibus quidem est mitius pelagus siculum utrinque tractabile. faciunt autem septem ante brumam diebus nidos et totidem sequentibus pariunt. Nidi earum admiratione habent pile figura paululum eminentiore per quam angusta grandium spongiarum similitudine. ferro intercidi non queunt. franguntur ictu ualido ut spuma arida maris. nec unde confingantur inuenitur. putant et spinis aculeatis. piscibus enim uiuunt. subeunt et in amnes. pariunt oua quina. Gauie in petris nidificant. Mergi in arboribus. pariunt plurimum tria. sed gauie estate. mergi incipiente uere. Alcyonum nidi figura reliquarum quoque solertie nos admonent. neque alia parte ingenia auium magis admiranda sunt. Hyrundines luto construunt. stramento roborant. siquando inopia est luti madefactis multa aqua pennis puluerem spargunt. ipsum uero nidum mollibus plumis floccisque consternunt tepefaciendi ouis simul ne durus sit infantibus pullis. In foetu summa equitate alternant cibum. notabili mundicia egerunt excrementa pullorum adultioresque circumagi docent et foris saturitatem emittere. Alterum genus hyrundinum est rusticarum et agrestium que raro in domibus diuersos figura sed eadem materia confingunt nidos totos supinos faucibus porrectis in angustum utero capaci. Mirum qua peritia occultandis habiles pullis et substernendis molles. In egypti heracleotico hostio molem continuatione nidorum euaganti nilo inexpugnabile opponunt. stadii fere unius spatio quod humano ope perfici non posset. In eadem iuxta oppidum comptum insula est sacra isidi: quam ne laceret amnis idem muniunt ope: incipientibus uernis diebus: palea et stramento rostrum eius firmantes: continuatis per triduum noctibus tanto labore: ut multas in opere emori constet. eaque militia illis cum anno redit semper. Tertium est earum genus. excauant ripas atque ita nidificant. harum

Ficedule

Vpupa.

De Merulis.

De ibi.

Tempus auium geniture.

De Altionibus et diebus earum nauigabilibus et gauie et reliquo aquaticarum genere.

Mergi.

De Diuersitate nidificantium auium.

De hyrundinibus.

pulli ad cinerem ambusti mortifero faucium malo: multisq; aliis morbis humani
corporis medentur. Non faciunt hę nidos: migrantq; multis diebus ante si fu
turus est ut auctus amnis attingat. In genere uero riparum est cui nidus ex musco arido

Agatilis.

ita absoluta perficitur pila ut inueniri non possit. Agatilis appellatur eadem figura

Gauguli.

ex lino intexens picorum aliquis suspendit surculo primis in ramis ciati modo: ut
nulla quadrupes possit accedere. Gaugulos quidem ipsos dependentes pedibus so
mnum capere confirmant. quia tutiores ita se separant. Iam publicum quidem omnium
est: tabulatum ramorum sustinendo nido prouide eligere cameram ab imbri, aut

Cynamolgus.

fronde protegere densa. In arabia cynamolgus auis appellatur cynami surculis

Auis.

nidificat. plumbatis eos & sagitis decutiunt indigenę mercis gratia. In scythiis
auis magnitudine otidis binos parit in leporina pelle semper in cacuminibus ramo
rum suspensa picę quom diligentius uisum ab homine nidum sensere oua transgerunt.

Alia auis.

A lio hoc in his auibus quarum digiti non sunt accomodati complectendis transferen
disq; ouis miro traditur modo. Namq; surculo super bina oua imposito ac ferumina
to alui glutino subdita ceruice medio ęqua utrimq; libra deportat alio. Nec
uero his minor solertia quę cunabula in terra faciunt corporis grauitate prohibente

Merobs.

sublime petere. Merobs uocatur genitores suos reconditos pascens pallido intus
colore pennarum superne cyaneo priori subrutilo. Nidificat in specu vi. pedum

Perdices.

defossa altitudine. Perdices spina & frutice sic muniunt receptaculum ut contra
feram abunde uallentur. Ouis stragulum molle puluere contumulant. nec in quo loco
peperere incubant. ne cui frequentior conuersacio sit suspecta transferunt alio.
I lle quidem & maritos suos fallunt. quoniam intemperantia libidinis frangunt earum oua ne
incubando detineantur. Tunc inter se dimicant mares desiderio feminarum. Victum
aiunt uenere pati. Id quidem & coturnices & gallinacei aliter. Perdices uero a domitis
feros & nouos aut uictos iniri promiscue. Capiuntur quoq; pugnacitate eiusdem
libidinis: contra aucupis inlicem exeunte in proelium duce totius gregis: capto eo
procedit alter, ac subinde singuli. Rursus circa conceptum feminę capiuntur. contra
aucupem feminam exeunte ut rixando abigat eum. nec in animali alio par opus libidinis.
S i contra mares steterint feminę: aura ab his flante pregnantes fiunt. hiantes autem exer
ta lingua per id tempus ęstuant. Concipiunt & superuolantium afflatu: sępe uoce tantum au
dita masculi. Adeoq; uincit libido. & iam fetus caritatem ut illa furtim & in
occulto incubans. quom sit feminam aucupe accedente ad marem recauat reuocet
q; & ultro prebeat se libidini. Rabie quidem tanta feruntur ut in capite aucu
pantium sępe caecae motu sedeant. Si ad nidum his ceperint accedere procurrit
ad pedes eius foeta. prægrauem aut delumbem sese simulans: subitoq; in procursu
aut aliquo uolatu cadit fracta aut ala aut pedibus aut procurrit. iterum iaciam
pressurum effugiens speq; frustrans donec in diuersum abducat a nidis. Ea
dem in pauore libera ac materna uocant cura in sulco resupina gleba se ter
re pedibus apprehensa operit. Perdicum uita ad xvi. annos durare existimatur.

De Columbis.

A ues columbarum maxime spectant simili ratione. Mores inde. sed pudicitia ill

prima. et neutri nota adulteria. Coniugii fidem non uiolant communemque seruant
domum: nisi celebs aut uidua domum non relinquit. et imperiosos mares subinde
etiam iniquos ferunt. quippe suspitio est adulterii quamuis natura non sit. tunc plenum
querela guttur. seuique rostro ictus. mox in satisfactione exosculatio et circa ue
neris preces crebris pedum orbibus adulatio. Amor utrique sobolis equalis. Se
pe et ex hac causa castigatio pigrius intrante femina ad pullos. parturienti solatia et
ministeria ex mare. Pullis primo salsiorem terram collectam gutture in ora inspu
unt. preparantes tempestiuitate cibo. proprium generis eius et turturum quoniam bibant
collo non resupinare largeque bibere iumentorum modo.

De palumbis et diuersa columbarum.

Viuere palumbos ad xxx annum. reliquos ad xl. aristoteles auctor est. Uno tamen incommodo unguium eodem et ar
gumento senecta qui citra pernicem recidunt. Cantus omnibus similis atque idem constat
uersu. preterque in clausula gemitu. hieme mutis utre uocabilibus nigidius putat
quoniam oua incubat sub tecto nominata palumbem relinquere nidos. Pariunt autem post sol
stitia. Columbe et turtures octonis annis uiuunt.

De Passeribus.

Contra passeri minimum uite cui
sagacitas par. mares negantur anno diutius durare argumento quia nulla ueris ini
tio appareat nigritudo in rostro que ab estate incipit. feminis longiusculum spacium. Verum
columbis inest quedam gloriae intellectus. nosse credas suos colores uarietatemque dis
positam. quia et ex uolatu credatur plaudere in celo uarieque sulcare. qua in ostenta
tione ut uincte prebent accipitri implicatis strepitu pennis. qui non nisi ipsis alarum
humeris eliditur. alioquin soluto uolatu multum uelociore speculatur occultus fronde
latro et gaudentem in ipsa rapit.

De Triniungulo.

Ob id cum his habenda est auis que triniungu
lus uocatur. defendit enim illas terretque accipitres naturali potentia in tantum ut uisum
uocemque eius fugiant. hac de causa precipuus columbis amor eorum. feruntque si in quatuor an
gulis defodiantur: mollis nouis oblitas non mutare sedem columbas. quod auro insec
tis alarum articulis quesiuere aliqui aliter innoxius uulneribus inteiuaga alioquin aue.

Caduceator.

Est enim arsillis inter se blandiri et corrumpere alias furtoque comitatiores reuerti. Quin
et internuntie in rebus magnis fuere et epistolas annexas earum pedibus obsidione muti
nensi in castra consulum decimo bruto mittente. Quid uallum et uigilum obsidio!
atque etiam retia amne pretenta profuere antonio per caelum eunte nuntio. et harum amo
re insaniunt. Multi super tecta exedificant turres his. nobilitatemque singulorum
et origines narrant uetere iam exemplo. L. eques ro. ante bellum ciuile pompeia
num denarius cccc singula paria uenditauit ut M. Varro tradidit. Quin et patri
am nobilitauere in campania grandissime prouenire existimare. Harum relatus
in reputatione ceterarum quoque uolucrum nos impellit.

De uolatu et incessu auium.

Omnibus animalibus re
liquis certus et unius modi et in suo cuique genere incessus est. Aues sole uario mea
tu feruntur et in terra et in aere. ambulant aliqueque ut cornices. saliunt alieque
ut passeres merule. Currunt ut perdices rusticule. ante se pedes iaciunt ut ciconie gr
ues. expandunt alas pendentesque raro interuallo quatiunt. alie crebrius. sed
et primas duntaxat pennas. alie et tota latera pandunt. quedam uero maiore ex par
te compressis uolant. percussoque semel aliquae et gemino ictu aere feruntur uelut in

clusum eum p̄mentes. Iaculantur sese in sublime in tectum in pronū impingi putes aliquas aut rursus ab alto cadere has: illas salire. Anates sole queq; sunt eiusdem generis in sublime protinus sese tollunt. atq; e uestigio caelū petunt.

Anas.

Ex hoc etiam ex aqua itaq; in foueas quibus feras uenamur delapse sole euadūt.

Vultur.

Vultur & fere grauiores nisi ex procursu aut altiore tumulo īmisse non euolāt.

Cauda reguntur alie. circumspectant alie. alie flectunt colla. nec nulle uescūtur ea que rapuere pedibus sine uoce nō uolant. multe aūt econtrario semp̄ ī uolatu silent. Subrecte prone. oblique. in latera in ora. quedam & resupine feruntur. ut si pariter cernant̄ plura nō in eadem uiā meare uideant̄.

De apodibus.

Plurimū uolant que apodes uocant̄. q̄a careant usu pedū. ab aliis cypsedi appellantur hyrundinū spetie nidificant in scopulis. he sūt que toto mari cernūtur. nec unq̄ tanto longo naues tamq; continuo cursu recedūt a terra ut nō circumuolitent eas apodes. Cetera genera resident & sistunt. his quies nisi in nido nulla. aut pendent aut iacent. & ingenia eque uaria ad pastū maxime.

De caprimulgis.

Caprimulgi appellantur grandiores merule aspectu fures nocturni. interdiu enī uisu carent. intrant pastoꝝ stabula capraꝝq; uberibus aduolant: sucū p̄p lactis. qua iniuria ubere moritur. caprisq; caecitas quas ita mulsere oborit̄.

De platea aui.

Platea nominat̄ aduolans ad eas que se ī mari mergunt. & capita illaꝝ morsu corripiens donec capturam extorqueat. eadem quom deuoratis se implet conchis calore uentris coctas euomit. atq; ita ex his esculenta legit testas excernens.

De ingeniis auiū.

Villaribus gallinis & regio inest. In hor rescunt edito ouo excutiuntq; sese & circumacte purificant aut festuca aliqua sese & oua lustrant.

De Carduele.

Minime auiū carduelis imp̄ata faciut. nec uoce tm̄. sed pedibus & ore pro manibus. Est que boum mugitus imitetur in arelatensi agro taurus appellata. alioqn parua ē.

Taurus auis.

Anchus.

Equoꝝ quoq; hinnitus anthus nōie herbe pabulo aduentu eoꝝ pulsa imitatur. ad hunc modū se ulciscens.

De Psyttaco.

papagallus.

Sup̄ omīa humanas uoces reddūt psytaci & q̄da sermocinantes. India auem hanc mittit psytacem uocat. Viridem toto corpore torque tm̄ miniato in ceruice distinctam. Imp̄atores salutat & que accipit uerba p̄nūtiat in uino p̄cipue lasciua. Capiti eius duricia eade que rostro. hoc quom loqui discat ferreo uerberatur radio. non sentit aliter ictus. Quom deuolat rostro se excipit illi innitit̄. leuioremq; se ita pedum infirmitati facit. Minor nobilitas. quia nō ex longinquo uenit. sed expressior loquacitas certo generi picaꝝ est.

De pica.

Adamant uerba que locunt̄. nec discunt sed diligunt. meditares q; intra semet cura atq; intentione cogitatiōe nō occultant. Constat emori uictas difficultate uerbi: aut nisi submōe eadē audiant memoria falli que rentesq; miꝝ ī modū hilarare. si interim audierint id uerbū. Nec uulgaris his forma: q̄uis non spectanda. satis illis decoris in sp̄e sermonis hūani ē. Verum addiscere alias negant posse q̄ que ex gn̄e eaꝝ sunt. & que glande uescūtur. & inter eas facilius quibus quini sunt digiti in pedibus. Ac ne phas quidē ipsis primis duobus uite annis. Latior his est lingua omnibus in suo cuiq; gn̄e que sermone

imitantur humani: quanquam id pene in omnibus contingat. Agrippina coniux
claudii caes. turdum habuit quod nunquam antea imitantem sermones hominum quom li
proderet habebant et caesares iuuenes item sturnum. Luscinias greco ac latino ser
mone dociles. preterea meditantes in diem et assidue noua loquentes. Longiore
etiam contextu docentur secreto et ubi nulla alia uox misceatur. assidente qui crebro
dicat ea que condita uelit aliquo blandiente. Reddatur et coruis sua gratia
indignationem quoque populi ro. testata non solum conscia Tyberio principe ex fetu
supra castorum edem genitus pullus in appositam sutrinam deuoluit: etiam regione
commendatus officine domino. Is mature sermoni assuefactus omnibus matutinis ele
uans in rostra in forum uersus tyberium. deinde germanicum et drusum caesares no
minatim. mox transeunte populum ro. salutabat. postea ad tabernam remeans plu
rium annorum assiduo officio meritus. hunc sive emulatione uicinitatis manceps
proxime sutrine sive iracundia subita ut uoluit uideri excrementis eius posita
calceis macula exanimauit tanta plebei consternatione ut primo pulsus ex ea regi
one. mox et interemptus sit funusque alitis innumeris celebratum exequiis. constra
tum lectum super ethiopum duorum humeros precedente tybicine et coronis omnium generum
ad rogum usque: qui constructus dextera uie appie ad secundum lapidem in campo ri
diculi appellato fuit. Adeo satis iusta causa populo ro. uisa est exequiarum ingentium
auis. aut supplicium de ciue romano in ea urbe in qua multorum principum nemo deduxerat
funus. Scipionis uero hemyliani ob cartaginem numantiamque deletas ab eo nemo
uindicauerat mortem. Hoc gestum M. seruilio cons. ad v. kl. april. Nunc quoque erat
in urbe roma hoc prodente me equitis ro. cornix e betica. primum colore mira ad
modum nigro. deinde plura contextu uerba exprimens. et alia atque alia crebro ad
discens. necnon et recens fama crateri monocerotis cognomine. In erizaca regione a
sie coruorum opera uenantis eo quod deuehebat in siluas eos insidentes humerisque
corniculis illi uertigabat: agebantque eo perducta consuetudine ut exeuntem sic comi
tarentur et feri. Tradendum putauere memorie quidem. Visum per sitim lapides conge
rentem in situla monimenti in qua pluuia aquam dabat. sed que attingi non posset
ita descendere pauentem expressisse tali congerie quantum potui sufficeret. Nec
diomedeas preteribo aues. Iuba cataractas uocat. et eis esse dentes. oculosque ign
eo colore. ceterorum candidas tradens. Duos semper his duces. alterum ducere agmen. al
terum cogere scrobes. excauare rostro. inde crate consternere et operire terra que ante
fuerit egesta. In his fetificare. fores binas omnibus scrobibus oriente spectare quibus
exeant in pascua: occasum quibus redeant. Aluum exoneraturas subuolare sem
per et contrario flatu. Hec in solo loco totius orbis uisuntur in insula quam diximus
nobilem diomedis tumulo atque delubro. Contra apulie oram fulicarum similes ad
uenas: barbaros clangore infestant: grecis tantum adulantur miro discrimine ue
lut generi diomedis hec tribuentes. Hedemque eum quotidie pleno gutture
addentibus pennis perluunt atque purificant. Unde origo fabule diomedis so
cios in earum effigies mutatos. Non omittendum est quoniam de ingeniis disserimus

Turdus
Sturnus.
Luscinia.

De Coruorum intelligentia

Exequie solemnes corui huius.

Hemylianus.

Cornix.

De diomedeis auibus.

Que animalia nihil discant.
dixerimus.

é uolucribus hyrundines esse indociles: et é terrestrib; mures. quom elephāti
iussa faciant. leones iugum subeant. ī mari uituli. totq: piscium genera mite
scant.

De potu auium.

Bibunt aues succo ex his quibus longa colla intermittentes. et capite
resupinato uelut infundentes sibi. Porphirio solus morsu bibit. ide é proprio
genere omnem cibum aqua subinde tingens. Deinde pede ad rostrū ueluti ma
nu afferens. laudatissimi in comagene. rostra his et plonga: crura rubent.

De enantopedi et ono crotali

Haec quide et enatopedi crurū altitudine nascitur in egypto insistit ternis int
to minori q̄ in eadem digitis precipue ei pabulū muscę. Vita in italia paucis
diebus. Grauiores omes fruge uescunt̄. altiuole carne tm̄. Inter aquaticas mer
gi soliti ut deuorauere quę cetere reddut. Olorū similitudine onocrotali ha
bent nec distare existimaretur oīo nisi faucibus ipis inessent alterius uteri gen̄.
Hoc oma inexplebile aīal congerit mira ut sit capacitas. mox perfecta rapina
sensim inde in os reddita in uera in aluū ruminantis more fertur. Gallia hos
septentrionalis proxima oceano mittit.

De peregrinis auibus.

In hercinio germanię saltu inusita
ta genera alitū accepimꝰ. quarū plumę ignium modo conluceant noctibus. In ce
teris nihil pter nobilitate longinquitate fcām memorandū occurrit.

De uariarum auium nominibus et natura.

Pha
lerides in seleucia parthorū in asia et aquaticarū laudatissime. Rursus phasiae
geminas in colchis ex plumis auras summittunt subriguntq: Numidice in pte
africę numidia omnesq; iam in italia. Pheonicopteri linguam precipue sapois
esse. aspicius docuit nepotum om̄ altissimus gurges. Attagen maxime ionius

Aspicius

celeber et uocalis alias. captus uero obmutescens. quonda existimatus inter raras
aues. iam et in gallia hispaniaq; capitur et alpes etiam. Ubi et phalacrocora
os in sacro uel publico p̄uatim dicare primus instituit ut repio Ap. claudius
qui consul cū seruilio fuit āno urb. cc. lix. posuit em̄ in bellone ede maiōes
suos. placuit in excelso spectari & titulos honorum legi. Decora res utiq; si libe
rorum turbam paruulis imaginibus. ceu nidū aliquē sobolis pariter ostendat.
quales clipeos nemo nō gaudens. fauensq; aspicit. Post eū M. hemylius col
lega in consulatu. Q. luctacii nō in basilica mō hemilia. uerū & domi suae
posuit. Id quoq; martio ex°. scutis em̄ qualibet apud troiam pugnatū est. cō
tinebantur imagines. Vnde & nomen habuere clipeorum. nō ut puersa gram
maticorum subtilitas uoluit a cluendo origo. plenā uirtutis faciem reddi in scuto
cuiusq; qui fuerit usus illo. Poeni & ex auro factitauere clipeos & imagines
secumq; in castris tulere. Certe captis eis talem hasdrubalis inuenit. Q. mar
tius scipionū in hispania ultor. clipeus supra fores capitoline edis usq; ad in
cendiū primū fuit. Maiorem quidem nrm̄ tanta securitas in ea re ānotatū
ut. L. manilio fuluio consule anno urb. dlxxv. M. aufidius tutele capitolii
redemptor docuerit patres: argenteos esse clipeos qui pro eris p aliq° iam lustra
assignabantur. De picture initiis incerta. nec instituti opis questio ē. Egy
ptii ex annalibus annorum apud ipsos inuentā p̄usq̄ in gretiā transiret: affirmat.

Non dabis honorē tuū alienis.

nil clarius ppria uirtute.

Qui p̄mū bybliotecā fecit.

Cato maior.

Varro maiores suos scri
ptuiris inseruit.

Quando p̄mū clypei
imaginum publice.

Quando in domibus positi.

De picture initiis.

ima predicatione ut palam est. Greci aut. alii a sicyone. alii ap corinthios.
repertam. omnes ab umbra hois lineis circumducta. Itaq; talem primã. secu
dam singulis coloribus & monocromaton dcam. Itaq; postq operosior inuenta
erat duratq; etiam nuc. inuentam dicut a philocle egyptio uel cleante
corinthio. primiq; fuerunt ardices corinthius & thelephanes sicyonius
sine ullo etiam nuc colore iam tn spergentes lineas intus. ideo & equos pingẽ
& scribere institutũ. primus inuenit eas colores teste ut ferunt. ita elephantus
corinthius hunc eodem nomine alium fuisse q tradit cornel. nepos. secutũ in ita
lia damaratum targnii prisci regis ro. patrem fugiente a corintho. tyranni
iniurias cypseli mox docebimus. iam. n. absoluta erat pictura in italia. Ex
tant certe hodieq; antiquiores picturę urbe ardeatina in edibus quibus de sacris.
quibus equidem nulla sequi miror. tam longo eũo durantes in orbitate tecti
ueluti recentes. Similiter lanuuii ibi atlantha & elena cominus pictę sut
nudę ab eodem artifice. utraq; excellentissima forma. sed altera ut uirgo
nois qdem taciti. Pontius legatus princeps eas tollere conatus est libidine ac
censis. si tecti natura pmisisset. Durauere antiquiores & ipe fatebit que
quisq; eas diligenter estimauerit. nullam artiũ celerius consumatã. quom
iliacis temporibus non fuisse eam appareat. Apud romanos quoq; honos
mature huic arti contigit. siquidem cognomina ex ea traxerint fabię cla
rissime gentes. princepsq; eius cognois ipse edem salutis pinxit Anno urbis condi
te. cccc.L. que pictura durauit ad nram memoriam in edea claudii princi
patu exusta. proxime celebrata est in foro aerii herculis pacuuii poetę pi
ctura Ennii sorore genitus. hic filit clarior qui eã artem rome fecit. gld scene.
Postea non est spectata honestis manibus. nisi forte quis turpiliũ equitem ro. e
uenecia nostre etatis uellet referre. belle referat hodieq; pulchris eius opibz
uerone extantibus. Leua is manu pinxit qd de nllo ante memorat. paruis
gloriabatur tabellis. extinctus nup in longa senecta sit edius ab eo ptorius &
pconsulatu prouincae narbonensis functus. sed ea res in risu etiã contuelia erat.
Fuit & pitapiũ uiuoz. Non omittendũ de pictura celebre consiliũ Q. pe
dius nepos. Q. pedii consularis triumphalisq; & a caesare dictatore cohered
augusto dati. quom nã mutus esset. in eo messala orator. ex cui familia pueri
auia erat pictura docendũ censuit. idq; etiam D. augustus comprobauit.
puer magni profectus in ea arte obiit. Dignatio aut pcipua rome increuit
ut existimo Valerio maxĩo consule. quom messala princeps tabulã pictam plii
quo cartaginienses & hieronem in sicilia uicerat. proposuit in latere curię ho
stilię. Anno ab urbe cond. cccc.xc. Fecit hoc quid & L. scipio. tabulamq; uicto
rię suę asiaticę in capitolio posuit. idq; egre tulisse frem africanũ tradũt. haud
inmerito. qn filius eius illo proelio captus fuerat. Non dissilem offensionẽ &
haemylianũ subiit. L. hostilius mancinus qui primus cartaginẽ irrupat. situm
eius oppugnationesq; depictas proponendo i foro. & ipe abstinens spto spe

Monocromaton.

Ardea absorta aquis.

De Pictoribus romanis.

Venetia regio.

Q. pedius.

Quando primũ dignitas pict. & uictorias pictura pro posuerit.

L. scipio.

Mancinus.

ctante singula enarrando. qua comitate proximis comitiis consulatum adeptus est. Habuit et scena ludis claudii pulchri magnam admirationem picture quom ad tegularum similitudinem corui decepti imagine aduolarent. Tabulis aut externis auctoritatem romae publice fecit. primum omnium L. mummius cuius cognomen achaici uictoria dedit. Nam quom in preda uendenda rex atalus distraxisset: et XVI. libr emisset aristidis tabulam liberum patrem precium miratus: suspicatusque in ea aliquid uirtutis quod ipse nesciret. reuocauit tabulam atalo multum querente: et in cereris delubro posuit. quam primam arbitror picturam externam rome publicatam. Deinde uideo et in foro positas uulgo. Hinc enim ille crassi oratoris lepos: agentis sub ueteribus contextis: compellatus instaret.

Dic ergo crasse qualem mensores talem inquit ostendens in tabulam pictam inficientissime gallum exerentem linguam. In foro fuit et illa pastoris senis cum baculo: de qua theloboum legatus interrogatus quanti eum estimaret. Respondit. sibi donare nolle talem uiuum. Verumque sed precipua auctoritate fecit publice tabulis caesar dictator Haiace et medea ante ueneris genitricis ede dicatis. Post eum M. agrippa uir rusticitati propior quam deliciis. Extat certe eius oratio magnifica et maximo ciuium digna de tabulis omnibus signisque publicandis quod fieri satis fuisset quam in uillarum exilia pelli. Verum eadem illa toruitas tabulas duas haiacis et ueneris mercata est a Ziziceniis XIII. libr. In thermarum quoque calidissima parte marmoribus incluserat. paruas tabellas paulo ante quom reficerentur sublatas. Super omnes. D. augustus in foro suo et celeberrima parte posuit tabulas duas que belli faciem pictam habent et triumphum. Item et castores ad uictoria posuit. et quas dicemus sub artificum mentione in templo caesaris patris. Idem in curia quoque quam in comicio consecrabat duas tabulas impressit parieti nemeam sedentem supra leonem palmigeram ipsam astante cum baculo sene. cuius super caput tabula bige dependente. nec eas scripsit se inussisse. alieno usus uerbo. Alterius tabule admiratio est puberem filium seni patri similem esse salua etatis differentia superuolante aquila complexa dracone. philocares hoc suum opus esse testatus est. Immensam uti unam si hanc tantum tabulam quis existimet. potentia artis. quom propter philocarem ignobilissimos glaucionem filiumque eius aristippum senatus et populus ro. tot saeculis spectet. posuit et tyberius caesar minime comis imperator in templo ipsius augusti quas mox indicabimus. Hactenus dictum sit de dignitate morientis quibus coloribus singuli primi pinxissent dixim quom de his pigmentis traderem in metallis. qui mox necromathrea genera picture uocauerint. Qui deinde et quo et quibus temporibus uenerint dicemus in mentione artificum. quoniam indicare naturas colorum causa instituti operis prior est.

Tandem se ars ipsa distinxit et inuenit lumen umbrasque colorum ignauia se excitante. Deinde adiectus est splendor alius hic quam lumen. quod quia inter hoc et inter umbram esset appellauerunt tonon. Commissuras uero colorum et transitus armogen. Sunt aut colores austeri et floridi. utrumque natura aut mixtura euenit.

Floridi sunt quos dominus pingendi prestat minium. armenium. cynabaris. crysocolla.

Quando primum externis picturis dignitas rome.

Ratio pingendi de pigmentis.

De coloribus natiuis et facticiis.

indicum. purpurissum. Ceteri austeri ex omnibus. alii nascunt. alii fiunt. nascunt
sinopis rubrica. parethoniu. melinu. eretria. auripigmentu. Ceteri fingunt
primuq3 quos in metallis diximus. pterea e uilioribus ochra. cerussa usta. san
daraca. sandix. syricum. attramentu. Synopis inuenta est primu in ponto
nomen a sinope urbe. Nascatur & in egypto in balearibus affrice. sed optima
in lemno & in cappadocia effossa & in speluncas que saxis adhesit. excellit gle
bis suis color extra maculosus. hac usi sunt ueteres ad splendorem. Synopidis
species tres. rubra & minus rubra. & inter has media. pretiu optime. xii. den.
Usus ad penicillum. aut si lignu colorare libeat. & usq3 ex africa uenit ochra.
sed circerculu appellant. magis ceteris rubet. utilior abacis. Idem ptiu eius q
ptiosior uocat. & est maxime fusca. Usus ad bases abacoru. In medicina uero
blandus emplastrisq3 & malagmatibus siue sicca compositione siue liquida
facilis contra ulcera in humore sita ut in ore sedis. Feminaru profluuia sistit i
fusa tota den. pondere. Eadem adusta siccat scabritias oculoru cu uino maxime.
Rubricam genus in ea uoluerunt intelligi quida secundae auctoritatis palma em
lemne dabant. Minio proxima hec est antiquis multu celebrata cu insula i qua
nascitur. nec nisi signata uenudabat. Unde & frageden appellaue. hac mi
niu sublinunt adulterantq3. In medicina pclara res habetur. epiphoras em ocu
loru mitigat & dolores circumlita egyloplas manere prohibet. sanguine rei
cientibus ex aceto datur bibenda. bibitur & con lienem renuq3 uicia. & purga
tiones feminaru. Item & con uenena & serpentiu ictus terrestriuq3. Omnibus io
antidotis familiaris. Ex reliquis rubrice generibus fabris utilissima egyptia
ca & africana. qm maxime sorbent. picturis aut apta. nascatur in ferrariis
metallis. Ex ea fit ochra adusta rubrica in ollis nouis luto circumlitis. quo ma
gis arsit in caminis hec melior. Omnis aut rubrica siccat. ideoq3 & emplastris
conuenit. & igni etiam sacro. Sinopide pontice sex lib. silis lucidi lib. x. melin
grecensis duabus mixtis tritisq3 una p dies. xii. Leucophoru hoc est glutinu
auri quom inducit ligno. Parethoniu nomen loci het ex egypto. spuma maris
esse dicut solidatam cu limo & ideo conche minute inueniuntur cu eo. Fit & i
creta insula atq3 cyrenis. Adulterat rome creta cymolia conspersa decocta
aqua. ptiu optimi pondo. cxi. Est e candidis coloribus pinguissimis & tena
cissimis pp humorem melinu candidu & ipm est optim in melo insula. In samo
quoq3 nascitur. eo no utunt pictores pp nimiam pinguitudine accubantes
effodiunt intra saxa uenas scrutantes. In medicina eunde usum het que se
letria creta. pterea linguam tactu siccat. pilos detrahit mectia. ptiu in libr
sestertiis singulis. Est & color candidus cerusse cu ronem i plubi metallis
diximus. Fit & e terra pse in thedote fundo inuenta zmyrne. qua ueteres
ad nauiu picturas utebant. Nunc omnis ex plumbo & aceto fit ut diximus cau
repta i incendio pira & cerussa cremata. hac primus usus nicias supradictus.
Optima nunc asiatica hetur quae & purpurea appellat. pciu eius in libr. XVI.

Synopis.

Occias.

Rubrica.

Occhia adusta.

Leucophoru.

parethoniu.

Melinum.

Cerussa.

fit

+

deñ. Fit & romae cremato syle marmoroso & perfuso aceto. sine ista non
fiunt umbrę. Feretria terrę suę hēt nomē. hac nicomachus & parenta sus
usi. refrigerat mollitq3. explet uulnera si coquat̃ ad siccanda utilis. ꝓpapua
& capitis doloribus & ad deprehendendā purā subesse eam enī intelligunt
si ex aqua illita nō crescat. Sandaracam & ochram iuba tradit ī insula rub'
maris topazo nasci. sed inde non puehunt̃ur ad nos. Sandaraca quō fieret di
ximus. fit adulterina & ex cerussa in fornace cocta. color esse debet flammeus
ꝑtiū in libr. sesquini. hęc si torreatur equa ꝑte rubrica āmixta sandicē facit.
Quanq̃ animaduerto uirgiliū existimasse herbam id esse illo uersu. Sponte sua
sandix pascentes uestiet agnos. ꝑtiū in libr. dimidiū ei' qđ sandaraca. Nec sᷓt
aliī colores maioris ponderis inter factitios. Est & syricum quo miniū sublini
diximus. fit aūt sinopide & sandice mixtis. Attramentū quoq3 inter facti
cios erit quanq̃ est & terrę geminę originis. aut .n. salsuginis domo emanata
Fit. aūt terra ipsa sulphurei coloris. ad hoc probatur. īuenti sūt pictores q
sepulchris carbones infectos infoderent. īn fortuna hęc omīa ac nouicia. Fit .n.
& fuligine ꝑlibus modis resina ut pice exustis. ꝑꝑ qđ etiā officinas edificauē
fumū eum nō omittentes. laudatissimū eodem mō fit & edis adulterat̃ for
narū balnearꝫq3 fuligine quo ad uolumina scribenda utuntur. Sunt qui & uini
fecem siccatam excoquant affirmantq3 si ex bono uino fex fuit: indici spetiē
id attramentū prebere. Poligonus & miton celeberrimi pictura athenis
ē uinaceis fecere etrigion appellant. apelles comentus est ex ebore combusto
facē qđ elephantinū uocant. Apportat̃ & indicū ex india inexploratę adhuc
inuentionis mihi. Fit etiā apud infectores ex flore nigro qui adherescat ereis
cortinis. Fit & in ligno tedis combusto tritisq3 ī mortario cum bombiis. Mira in
hęc sepiarꝫ natā. sed ex his non fit. Omē aūt attramtū sole ꝑficit̃ librariū & te
ctoriū glutino āmixtoq3 aceto liq̃factum egrę eluitur. E reliquis coloribus
quos ā dominis dari diximus ꝑꝑ magnitudine an omnes est purpurissū. Creta
argentaria cū purpuris pariter tingit̃. bibitq3 eū colorem celerius. Laus ꝑci
puū est ꝑmū feruenti aeno rudibus medicamētis inebriatū. proximū e ge
stum eo addita creta ī ius idem. & quotiens id fcm̄ est leuatur bonitas ꝑ mō
dilutione saniē. Quare puteolanū potius laudatur q̃ tyriū aut getulicū ut la
conicū. Vnde ꝑciosissime purpurę causa est qđ id genus maxime inficitur rubi
atq3 cogitur sorbere. Vilissimū in canusio. ꝑtiū ac singul denariis in libr. ad .xxx.
Pingentes sandice sublita. mox ouo inducentes purpurissum fulgorem minii faci
unt. Si purpurā facē malūt ceruleū sublinunt. mox purpurissum ouo inducūt.
Ab hac maxima auctoritas indico ex india uenit. Harundine spumę adherescēte
limo quom secernat̃ in diluendo mixturā purpure ceruleiq3 mirabilem reddit
Alterū genus eius est in purpurariis officinis inīitans corantinū & est purpure spu
ma quē adulterant uero. Indicū tingunt stercore colubino. aut cretā selemisiā
ut alumnariam ultro inficiūt. probat̃ carbone. reddit .n. qđ incertū est flāmam

Sandaraca & ochra.

Sandix.

Attramentū.

Purpurissum.

excellentis purpure. et dum siccat odorem maris abit. quidam scopulis ac colligi
putant. precium indico. xx. den. in libr. In medicina indicum rigores et impetus sedat.

Crysocolla.

siccat oris ulcera. Armenia mittit quod eius nomine appellatur. lapis est hic quoque cryso
colle modo infectus. optimumque est. quod maxime vicinum est concocato colore cum ceruleo. So
lebant libre eius tricenis nummis taxari. Inventa per hispanias harenas est simile cura
recipiens. Itaque ad denarios senos vilitas rediit. Distat a ceruleo candore modico
qui teneriorem hunc efficit colorem. Usus in medicina ad pilos tantum alendos hic maxime
que in palpebris. Sunt etiam nunc duo novi colores et vilissimi. Viride quod et apianum vo
catur et quod crysocollum latum mentitur ceu parum multa dicta sint mendacia eius. Fit e
creta viridis estimata sestertiis in libra. Anulare quod vocant candidum est quo mu
liebres picture illuminantur. fit et ipsum ex creta admixtis et regiis gemmis et vulgi a
nulis. Inde et anulare dictum ex omnibus coloribus cretula maria udo que in leum re

Qui colores udo non inducantur.

cusant. Purpurissum. indicum. ceruleum. melinum. auripigmentum. apianum. cerus
sa cere tinguntur. hisdem coloribus ad eas picturas que illinuntur alienis parietibus
genus de classibus familiaribus. Iam vero et honerariis navibus. quoniam et pericula pin
gimus ne quis miretur et rogos pingi iuvat. quia pugnaturos ad mortem aut certe ce
dem speciose vehi. qua contemplatione tot colorum tanta varietate subit antiquitatem

Quibus coloribus antiqui pinxerunt.

mirari. Quattuor coloribus solis immortalia opera illa fecere ex albis: melino. ex syl
laciis: attico. ex rubris: sinopide pontica. ex nigris: atramento. apelles. echion. me
lantius. nicomachus clarissimi pictores quom tabule eorum singule: oppidorum veni
rent opibus. Nunc et purpuris in parietes migrantibus. et india conferente flu
minum suorum limum: et draconum et elephantorum saniem. nulla nobilis pictura est. Omnia
ergo meliora tunc fuere quom minor copia. Ita est. quoniam ut supra diximus. rerum non animi p
ciis excubatur. et nostre etatis insaniam in pictura non omittam. Nero princeps ius
serat colossum pingi. cxx. pedum. lintheo incognitum adhoc tempus. ea pictura quom per
acta esset in maianis hortis accensa fulmine cum optima hortorum parte conflagravit.

Quando primum gladiatorum pugnae proposite sunt.

Libertus eius: quom daturus esset munus gladiatorum: publica porticus investiuit pi
ctura. aut constat gladiatorum ministrorumque omnium veris imaginibus redditis. hic mul
tis iam seculis summus animus in pictura. Pingi aut gladiatoria munera atque in publi
co exponi coeptum a C. terentio lucano. is avo suo a quo adoptatus fuerat. xxx. pa
ria in foro per triduum dedit. tabulamque pictam in nemore diane posuit. Nunc ce

De etate picture operum et artificum in dictura nobilitates. ccc. v.

lebres in ea arte quam maxima brevitate percurram. Itaque quosdam velut in transcursu
et in aliorum mentione obiter nominasse satis erit exceptis operum claritatibus que et ipsa
conveniet attingi sive extant. sive intercidere. Non constat sibi in hac parte gre
corum diligentia multas post olympiadas celebrando pictores quam statuarios auc
tores. ut has primum olympiade nonagesima quom phidian ipsum initio pictorem
fuisse tradatur. olimpiumque iove athenis ab eo pictum. Preterea in confesso sit oc
tuagesima tertia fuisse paneum fratrem eius qui clypeum intus pinxit. Elide minerve
quem fecerat colores discipulus pludie. et in faciendo iove olympio adiutor. Quid

De candaule heraclitarum regne novissimo.

quod in confesso perinde est bularci pictoris tabula in qua erat magnetum proelium a

candaule rege lydię heraclitaꝝ nouissimo qui & myrsillus uocatus est. repen
sam auro. Tantā iam dignacio picture erat. Id circa etatē romuli accideri necē
est. duo eñ deuiginti olympiade interiit candaules. Aut ut quidā tradūt eodē
anno quo romulus. Nisi fallor: manifesta iam tūc claritate artis adeo absoluti
ore. Quod si ꝑcipitur necē est ut appeat m̄lto uetustiorem pricipio esse eos q̄ mono
cromata pinxerint quoꝝ etas nō tradit̄. Aliq̄to ergo añ fuisse hygiemone diño
nocromanidā qui primus in pictura matrē feminaq; discreuerit. Heumaꝝ athe
enses figuras omnes imitari ausum quiq; inuenta eius excoluerit timonē cleo
neū. hic catagrapha īuenit. hoc ē obliquas imagines & uarie formaē. uulgus re
spicientes. suspicientes. ut despicientes. articulis membra distinxit. uenas pretulit.
ꝑterque & uerrugas & sinus īuenit. Panęus quidē frater phidię & pliū athe
niensiū aduersus ꝑsas ap marathonā fēm pinxit. Adeo iā coloꝝ usus increbueāt.
adeoq; ars ꝑfecta erat ut ī eo plio inconitos duces pinxisse tradat̄. Atheniensiū
miltyadem. callimachū. cynegiꝝ. barbaroꝝ datum. tysapherne. Quin
imo certamen picture & florente eo institutū est corinthi. ac delphis ꝑmusq;
om̄ certauit cum tymagora calchidēñde sup̄atus ab eo pythiis. qd & ipsius ty
magore carmine uetusto appāret cronicoꝝ errore nō dubio. Alii quoq; post hos
clari fuere ante nonagesima olimpiade sicut polignotus. thasius. qui pmi mires
lucida ueste pinxit. capita eaꝝ uitris uersicoloribus opuit. plurimiq; picture pri
mus contulit. Siquidem instituit os adapire dentes ostendere. uultū abantiquo
rigore uariare. Huius est tabula in porticu pompei q ante curiā eius fuerat. in qua
dubitat̄ ascendentē cū clipeo pinxerit. an descendentē. Hic delphis eadē pinxit.
Hic & athenis porticū quę pecila uocat̄ gratuito quom ꝑte eius michon mercede pi
geret. Vnde maior huic auctoritas. Siquidē amphictiones qd est publicū grecię
conciliū hospicia ei gratuita decreuē. Fuit & alius michon q minoris cognoīe dis
tinguit̄. cui filia tenaretha & ipā pinxit. Nonagesima dicit olympiade fuere
aglaus cephion. cephisodorus filius euenor. pater parrasii & ꝑceptor maxi pic
toris. de quo suis annis dicemus. Omnes hi illustres. nō tñ quibz exposicō deat. festi
nans ad lumina artis: in quibus ꝑmus refulsit apollodorus atheniensis. xciii. olym
piade. hic ꝑmus species exꝑmere istatuit. ꝑmusq; gliam penicillo iure contulit.
Eius est sacerdos adorans & aiax fulmine accensus qui ꝑgamis spectatur. hodie. ne
q; añ eum tabula ullius ostendit̄ quę teneat oculos. Ab hoc artis fores apertas Zeu
xis heracleotes intrauit olympiade. xcv. anno. iiii. audenteq; iā aliqd penicillū(
De hoc eñ adhuc loquem̄) ad magnā gliam ꝑduxit. A quibusdam phasio. Lxxxix.
olimpiade constet fuisse demophilū himereū & neseas thasiū utrius eoꝝ discipu
lus fuerit: ambigitur. In eū apollodorus suprascriptus uersus fecit arte ipsis ab
latam Zeuxim ferre secū. Opes quoq; tantas acqsiuit ut in ostentatōe earū
olympie aureis litteris in palliorꝝ caesaris insertum nomē suū ostentaret. Po
stea donare opa sua instituit. qd nullo ꝑcio satis digno ꝑmutare posse dicēt.
sicuti agmina aggrigentinis. panero clao fecit & penolopem in qua pinxisse.

Primū picture certamen.

inde

Polignotus in picture ꝑtimus.

Michon huiꝰ nois duo pictores.

Apollodorus pictor celebris.
& qui primi penicillo pinxerit.

morés uidetur. & athlenadeo qm illos placuit ut uersum subscriberet celebrem ex quo inuisorum aliquem facilius q̃ imittatur. Magnificus est & iuppiter ei in throno astantibus diis. & hercules infans dracones strangulans alcumena matre coram pauente & amphitrione. Deprehenditur tamen zeuxis grandior in capitibus articulisq;. alioqn tantus diligentia ut agrigentinis facturus tabulam quã in templo iunonis publice latinie dicarent. inspexerit uirgines eorum nudas. & qnque elegerit. ut qđ in quacũq; laudatissimũ esset pictura redderet. pinxit & monocromatos ex alto. Equales eius & emuli fuere tymathus androcides. teopompus. parrasius. Descendisse hic circa zeuxide in certamen tradit. & quom ille detulisset uuas pictas tanto successu ut in scenã aues aduolarent. ipẽ detulisse linthcũ pictum tradr. ita ueritate repñtata ut zeuxis alcui iudicio timens flagitaret. Tandem remoto lintheo ostendi picturã atq; intellecto errore concederet palmã ingenuo pudore. qm ipẽ aues fefellisset parrasius aũ se artificem. Fertur & postea zeuxis pinxisse puerum uuas ferẽtẽ ad quas quom aduolarent aues eadem ingenuitate ꝓcessit iratus opi & dixit. Vuas melius pinxi q̃ puerũ. nã si & hoc consumassem: aues timere debuerãt. Fecit & figulina opera quẽ sola in ambrachia relicta sũt quom inde musas fuluior nobilior romam transferret. Zeuxidis manu romẽ elena ẽ in philippi porticibus. & in concordie delubro relicatus. Parrasius & ipẽ ephoesi natus multa constituit. P̃mus simmetria picture dedit. primus argutias uultus elegantiam. capilli uetusto more confusi. artificiũ in lineis extremis palmã adeptus. hec est in pictura sũma sublimitas. Corpora eñ pingere & media rerum est quidẽ magni operis. Sed in quo mlti gloriam tulerint. extrema corporum facere & desinentis picture nodũ includere rarum in successu artis inuenitur. Ambire eñ debet se extremitas ipã & sic desinẽ ut pmittat alia ꝑt se. ostendatq; quẽ occultat. Hanc eñ gloriam concessere antigonus & xenocratos qui de pictura sc̃psere ꝑdicantes quoq; nõ solũ confitentes alias multa. Graphidis uestigia extant in tabulis ac membranis ex quibus proficẽ dicũr artifices. minor tamẽ uidet sibi compatus i mediis corporibus exprimendis. Pinxit daemon atheniensiũ argumẽto quoq; ingeniose. debebat namq; uariũ iracũdũ. iniustũ. inconstantẽ. eundem exhortabilẽ. clementẽ. misericordẽ. gloriosum. excelsum. humilem. ferocem. felicemq; & omia pariter ostendẽ. Idem pinxit ethesea qui romẽ in capitolio fuit. & nauaracũ thoracatũ. & i una tabula q̃ est rhodi meleagrum. herculẽ. ꝑsea. hec ibi ter fulmine ambusta neq; obliterata. hoc ipõ miraculũ auget. Pinxit & archigallũ quã picturam amauit tyberius p̃nceps. atq; ut auctor est hr̃ . LX. estimatã cubiculo suo iclusit. Pinxit & cressam nutricem infantemq; i manibus ei & philiscũ & liberum pr̃e astantem uirtute & pueros duos in quibus & spectatur securitas & ẽtatis simplicitas. Item sacerdotem astantẽ puero cũ acerra & corona. Sunt & duẽ picturẽ eius nobilissimẽ. hoplitites in certamiñe ita decurrẽs ut sudare uideat. alter

Margin notes:

Xeuzim.

De auibus per picturam deceptis.

aut

Parrasius difficiliora picture monstrauit.

Graphis artis glã inflatus

arma deponens. ut anhelare sentiatur. Laudatur et eneas castorq; ac polux
in eadem tabula. Item thelephus. achilles. agamenon. vlixes. Fecundus artifex.
sed quo nemo insolentius usus sit gl'ia artis. namq; et cognoia usurpauit abroditu
se appellando. aliisq; uerbis principe artis. et eam abse consumatā. sup oīa apol
linis se radice ortū. et hercule qui est Lyndi talem a se pictum qualem sepe i
quiete uidisset. Ergo magnis suffragiis supatus a tymanthe e samii i Aiace
armoꝝ q. iudicio herois note se moleste ferre dicebat q iteꝝ abindigno uict'
esset. pinxit et minoribus tabellis et libidines gñe petulantibus locis se refici
ens. Nam tymathi ut plurimū affuit ingenius. eius.n. est iphigenia oratorū
laudibus celebrata. que e an ad aras pitura. quom moestos pinxisset oēs pre
cipue patruū et tristitiae omem imaginē consumpsisset patris ipsius uulgo uela
uit: quē digne nō poterat ostendore. Sūt et alia ingenii ei' exemplaria. uelati
cyclopes dormiēs in paruula tabella. cui' et sic magnitudiem exp'mē cupiens.
Pinxit iuxta satyros tyrso pollicē ei' metientes. Atq; in uni' hui' opibus intell'
plus semp q pingitur. et quom sit ars summa. ingeniū tam ultra artē est. pinxit
et heroas absolutissimi. artem ipam complexus uires pingendi. qd opus nc' roē
in templo pacis est. Euximidas hac etate docuit aristidem preclaꝝ artificem.
Eupomphus pamphilum apellis pceptorē. Est euphompli uictor certamine
gymnico palmā tenens. Ipsius auctas tanta fuit ut diuiserit picturas i gña.
que ante eum duo fuere. heliaticum et asiaticū. qd asiaticon appellabant. p
pter hunc qui erat sicyonius diuiso heliatico tria fcā sunt. ionicū sicyonicū. at
ticū. pamphili cognatio et proeliū ad philiuntem ac uictoria athemiensiū.
Item ulixes in rate ipe macedo natione. sed primus in pictura omnibus litteris
eruditus. pcipue arithmetice et geometria. sine quibus negauit artē pfici
posse. Docuit neiem talento minoris annis x. deni. quā mercede et apelles et
melancius dedere. et hui' aucte effectum e sicyone primū. dem et i tota grecia
ut pueri ingenui oms antigraphicen hoc est picturā in buxo docerent'. reci
peturq; ea ars in primū gradū liberaliū. Semp quid honor ei fuit ut igenui eam
exercerent. mox uerbo uesti ppetuo interdcō ne seruitia docerent'. Ideo neq;
in hanc neq; in torrontice illius qui seruierit: opa celebrant'. Clari et cente
sima septiā olympiade extitere et Ion ac therimacus. aetionis sūt nobiles
picture. liber pr. item tragoedia et comoedia semiramis ex ancilla regnū
adipissens. anus lampadas preferens. et noua nupta uerecundia notabilis.
Uerum et omes prius genitos futurosq; postea supauit apelles. quos olympiade
de centesima duodecima picture plura solus prope q ceteri omes contulit.
uoluībus etiā editis quē doctrinam ea continent. Precipua ei in arte uenu
stas fuit. quom eadem etate maxie pictores essent. quoꝝ opa quom admira
retur omnibus collaudatis deesse syllam quā uenerem dicebat quā greci cha
rita uocāt. cetā omnia contigisse. sed solus sibi neminem parte de alia gl'iam u
surpauit. quom protogenis opus immensi laboris actor sup̄ modū anxie mi-

Sciencia inflat.

Laus.

Euximidas eruditissimus.

Ion et therimachus item clari.

Quae opera apellis pictoris illustrissimi: et quantae fuerit auctoritatis.

id notasse non abre est.

Protogenem uicit apelles.

Dixi enim omnia sibi cum illo paria esse: aut illi meliora. sed uno se prestare. quia
manum de tabula non sciret tollere. memorabili precepto. Nocere sepe nimiam
diligentiam. Fuit autem non minoris simplicitatis quam artis miamphio de dispositione
cedebat. asclepiodoro de mensuris .i. quanto quid a quoque distare deberet. Scitum
est inter protogenem et eum quod accidit. Ille rhodi uiuebat. quo quom apelles na
uigasset. auidus cognoscendi opere eius: fama tantum sibi cogniti: continuo offitinam
petit. Aberat ipse. sed tabulam ample magnitudinis in machina aptatam picture
una custodiebat anus. hec foris esse protogenem respondit. Interrogauit a quo quesitum
diceret. Ab hoc inquit. Apelles arreptoque penicillo: lineam ex colore duxit sum
me tenuitatis per tabulam. et reuerso protogeni que gesta erant anus indicauit.
Ferunt artificem protinus contemplata subtilitate dixisse. apellem uenisse. non cadere
in alium tam absolutum opus. ipsumque alio colore tenuiorem lineam penicillo duxisse:
abeuntemque precepisse si redisset ille: ostenderet ac diceret. hunc esse quem quereret.
Atque ita euenit. Reuertit apelles. sed uinci erubescens: tertio colore lineas se
cuit. nullum relinquens amplius subtilitatis locum. At protogenes uictum se con
fessus in portum deuolauit: hospitem querens: placuitque sic eam tabulam posteris tra
di. omnium quidem. sed artificum precipuo miraculo. consumpta eam priorem incendio
caesaris domus in palacio. audiue ante a nobis spectatam spaciosiore amplitudine
nihil aliud continentem quam lineas uisum effugientes. inter egregia multorum opera
inani similem: et eo ipso allicientem: omnique opere nobiliorem. Apelle fuit alioqui per
petua consuetudo numquam tam occupatum diem agendi ut non lineam ducendo exer
ceret artem. quod ab eo in prouerbium uenit. Idem perfecta opera proponebat in pergula
transeuntibus. atque ipse post tabulam latens uicia que notarentur auscultabat: uulgum
diligentiorem iudicem quam se preferens. Feruntque reprehensum a sutore quod in crepidi
bus pauciores intus fecisset ansas. Eodem postero die super uocem emendatione
pristine admonitionis cauillante circa crus. indignatum prospexisse denuntian
te ne supra crepidam sutor iudicaret. quod et ipsum in prouerbium abiit. Fuit enim et
comitas illi. propter quod gratior alexandro magno frequenter in officinam uentitanti.
Nam ut diximus ab alio se pingi uetuerat edicto. sed in offitina imperite multa
differente silentium comiter suadebat. rideri eum dicens a pueris qui colores te
rerent. Tantum erat auctoritate iuris in rege alioqui iracundo. quamquam alexan
der honore et clarissimo perhibuit exemplo. Namque quom dilectam sibi ex pallatis suis
precipue nomine campaspen nudam pingi ob admirationem forme ab apelle iussis
set: eumque dum paret captum amore sensisset: eam dono dedit. et magnus animo maior
imperio sui nec minor hoc facto quam uictoria aliqua quippe se uicit. Nec thorum tantum
suum. sed etiam affectum donauit artifici e dilecte quidem respectu motus. quom immo
regis ea fuisset: immo pictoris esset. Sunt qui uenerem anadiomenen illo pictam
exemplari putant. Apelles et in emulis benignus protogeni dignationem primus rho
di constituit. sordebat suis ut plerumque domestica. percontantique quanti liceret opera ef
fecta: paruum nescio quid dixerat. At ille quinquagenis talentis poposcit. famamque

Ita comptam nam hominum omnium
Ahend ut melius quam sua iudicet.

Magni illius alexandri regis
in apellen munificentia:
quem propter pictorie artis pre
stantiam et honore colebat
et gratia. idque isto patet exemplo.

que dispersit emere et pro suis venderet. Ea res concitavit rhodios ad intelligendum ar
tificem: nec nisi augentibus pretium cessit imaginem. Adeo similitudines indiscrete
pinxit: ut incredibile dictu appio gramaticus scriptum reliquerit. quendam ex facie
hominem addivinante quos metoposcopos vocant. ex his dixisse aut future mortis
annos: aut preterite. Non fuerat ei gratia in comitatu. Alexander: tolomeo quo
regnante: alexandriam vi tempestatis expulsus: subornato fraude emulorum
plano regio invitatus ad cenam: indignantique tolomeo et vocatores suos osten
dent ut diceret a quo eorum invitatus esset. arrepto carbone extincto e foculo: ima
ginem in pariete delineavit: agnoscente vultum plani rege: ex inchoato protinus
pinxit. et antigoni regis imaginem altero lumine orbam prius excogitata ratione
in vitia condendi: obliquam namque fecit: ut quod derat corpori: picture deesse po
tius videretur. tantumque eam partem a facie ostendit quam totam poterat ostendere.
Sunt inter opera eius experimentum imagines. Que autem nobilissime sint: non est fa
cile dici. Venerem exeuntem e mari divus augustus dicavit in delubro patris cę
saris que anadiomene vocatur versibus grecis. Tali opere dum laudatur victo. sed il
lustrato. cuius inferiorem partem corruptam qui reficeret non potuit reperiri. Verum ipsa in
iuria cessit: in gloriam artificis consenuit. hec tabula carie. Aliamque pro ea sub
stituit nero principatu suo de rhote manu. Apelles inchoaverat et talem venerem
cui superaturus in illam suam priorem invidit mors. Nec qui succederet operi ad prescripta
liniamenta inventus est. pinxit et alexandrum magnum fulmen tenentem in templum
ephoesię dianę. xx. tal. tum ac digiti eminere videntur: et fulmen extra tabulam
esse legentes meminerint. Omnia ea quattuor coloribus tabule in nummo aureo men
suram accepit non numero. pinxit et megrapixi sacerdotes dianę ephoesię. popam
cliticum quod ad bellum festinantem galeam poscenti armigerum porrigentem. Alex
andrum et philippum quotiens pinxerit enumerare supervacuum est. Miratur ei abrode
sanii. menandrum regem carię rhodi. Et antheum alexandrie gorgosthenem tra
goedum. Romę castorem et polucem cum victoria et alexandro magno. Item belli ima
ginem restrictis ad terga manibus alexandro in curru triumphante. Quas utrasque
tabulas divus augustus in fori sui celeberrimis partibus dicaverat. Simplicitatem
oderat. D. claudius pluri existimavit utrisque excisa alexandri facie: divi augu
sti imagines dedere. Eundem arbitrantur manu esse et in antonię templo hercu
lem aversum: ut quod est difficillimum faciem eius ostendat verius pictura quam promit
tat. pinxit et heroa nudum: eaque pictura naturam ipsam provocavit. est et equus eius sive fu
it pictus in certamine: quod iudicium ad mutas quadrupedes provocabat. Ab omnibus
namque ambitu prevalere emulos sentiens singulorum picturas inductas equis oste
dit. Apelles tantum equo adhynniere. idque et postea semper illius experimentum artis
illi ostentaretur. Fecit et neoptolemum ex equo adversus persas. archelaum cum
uxore et filia. antigonum thoreatum cum equo incedente. Peritiores artis preferunt
omnibus eius operibus eundem regem: sedentem in equo. dianam sacrificantium virginum
choro mixtam. Quibus vicisse homeri versus videretur id ipsum describentis pinxit

adulterium alcemi triumphi

lomedontu

et que pingi non possunt tonitrua. fulgetra que fulgura que brontenastra peuce
ran obcitan appellant. Inuenta eius et ceteris profuere in arte. Vnum imitari nemo
potuit. quod absoluta opera attramento illinebat ita tenui ut id ipsum repercussum cla
ritatis oculorum excitaret custodiretque a puluere et sordibus ad manum intuenti
demum appareret. Sed et cum ratione magna ne claritas colorum aciem offenderet
ueluti per lapidem specularem intuentibus e longinquo eadem res nimis floridis co
loribus austeritatem occulte daret. Aequalis eius fuit aristides thebanus. is omnium

De picturis Aristidis thebani pictoris egregii.

primus animum pinxit et sensus hominis expressit que uocant gregiete. item perturba
tiones. durior paulo in coloribus. Huius pictura oppido capto ad matris morien
tis ex uulnere mammam adrepens infans intelligitur que sentire mater et timere + manus
non emortuo sta sanguine lambant. Quam tabulam alexander magnus trans
tulerat pellam in patriam suam. Idem pinxit proelium cum persis centum hominis tabule
ad complexus pactusque in singulos mnas denas a tyranno flactentium. M. na
sone. Pinxit et currentes quadrigas et supplicantem pene cum uoce. et uenato
res cum captura et leonticem pictori et anapauoemen propter fratris amorem. Item libe
rum et ariaden spectatos rome in ede cereris. tragoedum et puerum in apollinis.
cuius tabule gratia interiit pictoris inscicia cui tergendam eam mandauerat. M. li
uius pretor sub die ludorum apollinarium spectata est. et in ede fidei in capitolio
senis cum lyra puerum docentes. Pinxit et egrum sine fine laudatum qui arte ualuit
Vt atalus rex unam tabulam eius centum talentum emisse tradatur. Simul ut
dictum est protogenes floruit. patria sycaunnis. gentis obis subletia. summa paup

De picturis protogenis pictoris maximi.

tas initio. artisque summa intentio. et ideo minor fertilitas. quis eum docuit non
putat constare. Quidam et naues pinxisse usque ad quinquagesimum annum argumen
tum esse. Quod quom athenis celeberrimo loco mineruę delubri propilon pingeret
ubi fecit nobilem parhalum et hamoniadam quam quidam nausicam uocant. ad
iecerit paruulas naues longas in iis que pictores poregia appellant. ut appet
a quibus initiis ad artem ostentationis opera sua peruenisset. Alinam habent tabularum
eius talisus qui est rome dicatus in templo pacis. quom pingeret eum tradidit
madidum lupinis pinxisse. quoniam sit et famem sustineret et sitim. nec sensus nimia
dulcedine obstruerent. Huic picture quater colorem induxit contra subsidia
iniurię et uetustatis. ut decedente superiore inferior succederet. Est in ea canis
mire factus ut quem pariter casus pinxerit. non iudicabat se in eo exprimere
spumam anhelantis quom reliqua parte omni quod difficillimum erat sibi ipse satis
fecisset. Displicebat autem ars ipsa nec minui poterat et uidebatur nimia ac
longius a ueritate discedere. spumaque illa pingi non ex ore nasci anxio animo cruci
atu quom in pictura uerum esse non uerisimilem uellet. Absterserat sepius muta
ueratque penicillum. nullo modo sibi approbans. postremo iratus arti. quod intelligeretur
spongiam eam impegit inuiso loco tabule ex illa reposuit ablatos colores qualiter
cura optauerat. fecitque in pictura fortuna naturam. Hoc exemplo eius simile et nealcem
successus in spume qui similiter spongea impacta secutus dicitur quom pingeret popi

Zonta retinet panē tum ita protogenes monstrauit. & fortunā pp hinc pa
lisum nec remanere tabula Demetrius rex quom ab ea pte sola posse rhodum
cape nō incendi parcentq; picture: fugit occasio uictorie. Erat tu protogen
es in suburbano suo hortulo. hoc est demetre castris. neq; interpellatus proeliis
inchoata opa intermisit oio. Vbi accitus ā rege interrogatusq; qua fiducia extra
muros uagaret. respondit. scire se cū rhodiis illi bellum esse nō cum artibus. Dis
posuit rex in tutelam eius stationes gaudens q posset manus seruare quibus iā pe
pcerat. & ne sepius auocaret. ultro ad eū uenit hostis relictisq; uictorie sue uo
tis inter arma & murorū ictus spectauit artificem. Sequiturq; tabulā illius
temporis hec fama. q eā protogenes sub gladio pinxerit. Satyrus hic ē quē ana
pauomenō uocant. ne qd desit temporis eius securitate tenente tybias. Fecit
& cydipen thlepolemā fyllisci tragoediarū scriptore meditantē & antigonū
& atletam regem. matrē aristotilis phi qui ei suadebat ut alexandri magni
opa pingeret pp eternitate rerū. impetus aī & quedā artis libido in hoc poti
eum tulere. Nouissime pinxit alexandrū ac panē fecit & signa exercuit. Di
xim eadem etate asclepiodorus quē in symetria mirabatur apelles. huic mnason
tyrannus pro xii. his dedit in singulos mnas tricenas. His adnumerari debet
& nicomachus aristeni filius ac discipulus. pinxit raptū proserpine. quae
tabula fuit in capitolio i minerue delubro supra ediculam mentalis. & in eod
capitoleo quam plancus impator posuerat. quadrigam in sublime rapies. Vli
xem. pmus addidit pilleum. scripsit & apollinem & dianā deumq; matre in le
one sedentem. Item nobiles baccas arreptantibus satyris quę nūc est rome
in templo pacis. Nec fuit alius in ea arte uelocior. Tradunt namq; conduxis
se pingendū ab aristrato sycionorū tyranno quod is faciebat celesti poete
monumentū prefinito die intra quē pagēt ur. ne multo an uenisse tyranno
in poena accenso paucisq; diebus absoluisse & celeritate mira. Discipulos
habuit tyristidem fron & aristodem filiū & philoxenem eretriū. cuius tabu
la nullis post ferenda casandro rege picta continuit alexandri pliū cū dario.
Idem pinxit & lasciuiam in qua tres sileni comessant. Hic celeritatē pceptoris
secutus. Breuiores etiā nūc quasdam picture compendiarias inuenit. Admi
meratur his & nicophanes elegans & continuus sit ut uetustate ei pauci cō
parentur coturnus ei & grauitas artis multū & à zeuxide & apelle abest.
Apellis discipulus p seus ad quē de hac arte scpsit. huī fuerat etatis aristides the
bani discipuli antorides & euphranor de quo mox dicem. namq; subtexi pare.
Minoris picture celebres in penicillo in quibus fuit pirichus arte paucis post fe
rendus. propositōne sciō an destruxerit se. qm humilia qdem secutus. humilitatis
tamen summam adeptus est gliam. Tonstrinas sutrinasq; pinxit & asellos & ob
senia & silia. ob hoc cognominatur riphorographos. In his consummate uolu
tatis quippe expeturis uenire q maxime multorū. e diuerso menana inqt
Varro oma opiebat serapionis tabula sub ueteribus. Hic scenas optie pinx.

Demetrius ille cognomento poliorectes clarissimi pictoris protogenis opa summa cū admiratione conspicatus.

De asclepiodoro pictore.

De nicomacho pictore & opibus eius.

De nicophane aliisq; pictoribz & opibus eorū.

sed hominem pingere non potuit. Contra Dionysius nihil aliud quam homines pinxit.
ob id antropographos cognominatus. parva et Calides fecit. Item Calates comicis ta
bellis utraque antiphilus. Namque et hesiona nobilem pinxit. et alexandrum et phi
lippum cum minerva qui sunt in ochola in octavie porticibus. et in philippi li
berum patrem alexandrum. puerum hypolitum tauro emisso expavescentem. In pompeia
vero cadmum et europen. Idem iocosis nomine egrillum diridiculi habitus pinxit.
Vnde hoc genus pictores egrilli vocant. ipse in egypto natus didicit. ac thesidemo

Ardeę versus.

dicit non sileri et ardeatis templi pictorem presertim civitate donatum ibi et
carmine quod est in ipsa pictura his versibus. Dignis digna loco picturis conde
coravit. reginę iunonis supremi coniugis templum Mareas plancus marcus cleta
sia lata esse oriundus. quę nunc et post semper ob artem hanc ardea laudat. ea

De Ludio pictore et opibus eius.

que sunt scripta antiquis litteris latinis non fraudado. Et Ludio. D. augusti
ętate qui primus instituit amenissimam picturam parietum. villas et porticus ac
topiaria opera lucos. nemora. colles. piscinas. euripos. amnes. litora. qualia quis
obterat. varia cibi obambulantium speties aut navigantium terra villasque ad
euntium asellis aut vehiculis. Iam piscantes. aucupantesque aut venantes. aut
etiam vindemiantes. Sunt in eius exemplaribus nobilis paulustria cerse vil
lę succollatis sponsione mulieribus lavantes. trepidisque feruntur plurime. praeterea
facilis argutię facetissimi salis. Idem subsidialibus maritimas urbes pingere
instituit blandissimo aspectu. minimoque impendio. Sed nulla artificii est
nisi qui tabulas pinxere. eo venerabilior antiquitatis prudentia apparet. Non
enim parietes excolebant dominis tantum. nec tamen domus una in loco mansuras que ex
incendiis rapi non possent. Casa protogenes contentus erat in hortulo suo nullo
in appelles tectoris pictura erat. Nondum libebat parietes totos tingere omnium
earum. ars urbibus excubabat pictor. quę res communis terrarum erat. Fuit et arellius

De Arellio celebri pictore.

romę celeber paulo ante divum augustum ne flagicio insigni corrupisset artem.
semper alicuius femine amore flagrans et ob id deas pingens. sed delectarum
imagines. Itaque in pictura eius scorta mirabantur. Fuit et nuper gravis ac severus

De fabio pictore et Cornelio pino et atico prisco.

idemque floridus humilis rei pictor fabius. huius erat minerva spectantem spectans
quacumque asficeret. paucis horis diei pingebat. id quoque cum gravitate quia semper toga
tus. quamquam in machinis carcer eius artis domus aurea fuit. et ideo non extant ex
emplaria. Magnopere. post eum fuere in auctoritate Cornelius pinus et atticus priscus
qui honoris et virtutis edes imperatori vespasiano augusti restituenti pinxerunt.

De lepidi pictoris celebri fabula circa divinum cantum compescendum.

priscus antiquis similior. Non est omittenda in picturę mentione celebris
circa lepidum fabula. siquidem in triumviratu dicebat quodam loco deductus a magis
tratibus in nemorosum locum. minaciterque postero die expostulavit somnum adem
ptum sibi volucrum concentu. At illi draconem in longissima membrana depictum cir
cumdedere loco. eoque terrore tunc aves siluisse narrantur. et postea posse compesci siquis

Qui encausto et penicillo primas laturnaria et cameras pinxerit.

ceris pingeret hanc picturam. mira res. quis primus excogitavit non constat. quidam ari
stidis inventum putant. postea consummatum a praxitelle. Sed aliquanto vetustiores

encausti picture extitere ut polignoti et nycanoris et archesilai pariorum. La
sippus quoque in egine picture inscripsit enethen . qd profecto non fecisset nisi en
caustica inuenta . pamphilus quoque apellis preceptor non pinxisse solū encausto . sed
etiā docuisse traditur pausian sicyoniū . primū in hoc genere nobilē brietis filius hic
fuit . eidemque pō discipulus . pinxit et ipse penicillo parietes thebis : quom refice
rentur quondā a polignoto picti . multumque comparatione superatus existimabatur . qm
non suo genere certasset . Idem et lacunaria primus pingere instituit . Nec cameras an
eū taliter adornare mos fuit . Paruas pingebat tabellas maximeque pueros . hoc e
muli eū interpretabant facere . qm non tarda rō picture esset illa . quam ob rē daturus
celeritatis famā absoluit una die tabellā que uocata est hemerosios puero picto .

A mauit in iuuenta gliceram municipē suā inuentricē coronarum : certandoque imita
tione eius ad numerosissimā florū uarietatē perduxit artē illā . postremo pinxit illā
sedentē cum corona . que e nobilissimis tabula appellata est stephaneplocos . ab
aliis stephaneplotis . qm glicera coronas uendicando sustentauerat paupertatem
huius tabule exemplar quod apographon uocauit Lucilius . lucullus duobus taletis
emit athenis . pausias aros fecit et grandes tabulas . sicut spectatā in porticibus
pompei boū imolatione . eam picturam primus inuenit . quā postea imitati sūt multi
equauit nemo . Ante omnia quom longitudinem bouis ostendere uellet : aduersū eum
pinxit non transuersum . Vnde et abunde intelligitur amplitudo . Deinde eū omnes q
uolunt eminentia uideri : candicantia faciat . coloremque condat nigro . Hic totū bo
uē atri coloris fecit : umbreque corpus ex ipso dedit : magna prorsus arte in equo
egit . diuque fuit illa patria picture . Tabulas preterea omnes e publico pro noīe ciuita
tis abductas scauri edilitas roma transtulit . Post eū eminuit longe ante omnes eu
phranor hystimius olympiade . C . Lı . idē qui inter fictores dictus est a nobis .

